




Champier
1533









# HORTVS GALLICVS, PRO GALLIS IN GALLIA ſcriptus, ueruntamen non minus Italis, Germanis, & Hiſpanis, quã Gallis neceſſarius.

SYMPHORIANO Cãpegio Equite aurato ac Lotharingorum Archiatrò Authore, in quo Gallos in Gallia omnium ægritudinũ remedia reperire docet, nec medicaminibus egere peregrinis, quum deus & natura de neceſſarijs unicuique regioni prouideat.






LVGDVNI
IN ÆDIBVS MELCHIORIS ET GASPARIS TRECHSEL FRATRVM.
M. D. XXXIII.

# ORDO LIBRORVM IN HOC VOLVMINE CONTENTORVM.

Hortus Gallicus Frãcisco Galliarum Imperatori dicatus.
Campus Elysius Galliæ Francisco a Turnone dicatus.
Apologetica disceptatio de sanguinis missione ac pharmacia exhibẽda in Causone & sub Cane ad Hieronymũ Mõtuũ amicũ suũ.
Panegyricus Ioãnis Cãpegij Symphoriano auunculo dictus.
Speculũ medici Christiani de ueris & salutaribus animi & corporis remedijs Antonio filio dicatus.
Theriaca Gallica una cum Mythridatico Gallico.
Item Periarchon utriusq; philosophiæ in artem medicam.

HORTVS GALLICVS SEPTEM CONTINET LIBROS.

Primus est de Galliæ laudibus ac

moribus & Gallorum comple-
xionibus.
Secundus de medicinis benedictis
Galliæ.
Tertius de pharmacijs uenenosis.
Quartus de aromatibus.
Quĩtus de arboribus cordi amicis.
Sextus de odoratissimis fructibus.
Septimus de condimentis & olea-
ginosis.

CAMPVS ELYSIVS QVINQVE
CONTINET LIBROS.

Primus est de medicinis digerenti-
bus & euacuantibus.
Secundus de alterãtibus membra.
Tertius de syrupis laxatiuis.
Quartus de pulueribus cordiali-
bus.
Quintus de lapidibus & metallis
& gemmis.

AVGVS

# AVGVSTISSIMO ILLVSTRISSIMO AC CHRI-stianißimo Principi Francisco Valesio Frācorum Regi, Celtarum Belgarū, ac utriusq; Galliæ Imperatori Symphorianus Campegius Lugdunensis, Lotharingorum Archiatros.

S. P. D.




VM DE HORTIS GALliæ, ubi herbæ, olera, arbores, & plantæ nascuntur, opus his diebus proximè elapsis absolutum, Christianißime Rex, diligenter inquirerē, cuinam esset dono tradendum, nemo mihi laboribus nostris dignior uisus est, quàm tu Francisce Francorum, Gallorumq; Rex. Quis enim huius horti Gallici, qui duobus uoluminibus concluditur, magis idoneus possessor habebitur: cum de campis, uiridarijs & hortis, quos Græci Paradisos, Latini etiam Pomaria & Viridaria uocant, inscribatur: quàm is, qui est omnium clarißimus, adeò ut iure ac merito Microcosmus per excellentiam nominandus sit: quod uni dúntaxat tibi ætate nostra cōuenit? Nam cū totū ferè orbē animo perlustrarim, nemo profectò est, quem tecū conferre poßimus. In te enim tot tantaq; uirtutis ornamenta conspi-

cimus, ut non modo uirum unum, sed totum ferè genus humanum simul congesta decorarent, nec impræsentiarum de dignitate corporis, qua cæteros mortales uel æquas, uel antecellis, sed de animo, hoc est ipso homine loquor, qui Microcosmus est. Tu enim rei militaris consultißimus, historiæ Christianæ ac Romanæ peritus, eloquentiæ Gallicæ princeps, totiusq; Matheseos pater, facundiæ Romanæ ac Cæsareæ alumnus, ea documēta doctrinæ & ingenij tui iandudum dedisti, ut plures, (ita nūc loquar) in te animas, hoc est ueros homines (ut alter Microcosmus) esse cernamus. Non enim tam propensa beneuolentia in uiros peritos esses, nisi iudicio animi tui, honore dignos esse cognosceres. Vnde fit ut doctißimis uiris recte consultum iudicemus, ipsi enim iudicium tuum, quod acutißimum esse intelligunt, reformidantes nihil ad te adferunt, nisi summa industria excultum, & acri diligentia elimatum. Nam ineptiarum, quibus nostra tempora redundarunt, causam in imperitos principes reijciunt: qui cum doctos pariter & indoctos uno ordine habuerint, effecerunt ut pauci ueræ doctrinæ essent amatores. Ex qua quidem re factum est, ut homines nō tam uirtutis quàm munerum fuerint sectatores. Sed tibi Christianißime Rex studiosi ob munificentiam debēt multū. Cum uero iudicij tui stimulo Parisienses ad studiū literarū ueramq; doctrinā, maioremq; industriam impellātur, ut sese tibi perq̄maximè obnoxios fateātur, necessariū est. Maiora enim iudicij tui acumen, q̄ munificentiæ uis ipsa contribuit: illud enim doctos accuratosq; reddit, hæc opulētos. Sed hæc non æquè preciosa esse manifestat

nifestat Horatius, Vilius argentum est auro, uirtutibus aurum. Sed cum tibi Christianißime Rex diuitiarum copiam Deus Opt. Max. tribuerit, & literarum principatum parauerit industria, Rei Christianæ administrationem optima de te opinio, plurimarum rerum usus, & temporum conditio attulerint: ita uixisti, ut diuitias ad liberalitatē, doctrinam ad exemplũ, Rei Christianæ gubernacula ad communem usum emolumentumq; direxeris: adeò ut pauperes ditaueris, imperitos erudiueris, Remq; publicam fluctuantem ita firmaueris, ut mole sua iam stare, nec inimicorum iniuriam, nec hostium minas curare uideatur. His igitur moti Hortum Gallicum mittimus expectantes iudicium tuum. Quod si in rem nostram candidum fuerit, subli mi feriam Sydera uertice, redd arq; ad alia quoq; scriben da alacrior.

## INDEX EORVM QVÆ praecipua in Horto Gallico continentur.

### A


Aër temperatus in Gallia. lib.1. cap.1.
Anglia multa mutuatur à Gallis. eodem.
Aurum & argentum in Gallia. eodem.
Amnium cursus Galliæ. eodem.
Agri Albigiensium fœcundi. eodem.
Arabes & Pœni Barbari. lib.1. cap.3.
Aromata Indorum. eodem.
Arabes Arabibus scripserunt. eodem.
Aromata Aegyptiorum. eodem.
Angelorum panis. lib.2. cap.5.
Atriplex quid sit. lib.2. cap.14.
Animalia uenenosa. lib.3. cap.1.
Abditæ proprietates. lib.3. cap.eodem.
Auenzoar de medicinis uenenosis. eodem.
Agarici proprietas. lib.3. cap.8.
Amaracus. lib.4. cap.3.
Arborum natura. lib.5. cap.1.
Axungia & Adeps. lib.7. cap.5.

B

Barbari ineptè scripserunt. lib.1. cap.3.
Barbari Barbaris scripsere. eodem.
Braßicæ natura. lib.2. cap.13.
Buchormariem. lib.3. cap.7.
Buglossa. lib.4. cap.12.
Borrago. eodem.
Butyrum quid sit. lib.7. cap.4.


Copia

C

Copia rerum humanarum in Gallia. lib.1. cap.1.
Calidi fontes in Gallia. lib.eod.& cap.
Complexio Gallorum. lib.eodem. cap.2.
Colores hominum secundum loca. eodem.
Celtica Gallia. lib.eodem. cap.3.
Cartami uirtus. lib.2. cap.4.
Cœlestis manna. lib.eodem. cap.5.
Cataputiæ natura. lib.3. cap.5.
Cherua. eodem.
Cucumeris asinini natura. lib.eodẽ. cap.6.
Cyclaminis proprietas. lib.eodem. cap.7.
Croci uirtus. lib.4. cap.5.
Cupreßi natura. lib.5. cap.4.
Cydoniorum uirtus. lib.6. cap.4.
Citrus. lib.6. cap.2.
Caules. lib.2. cap.13.

D

Descriptio Galliæ. lib.1. cap.1.
Differentia inter mannã Iudæorũ & nostrã. lib.2.ca.5.
Daphnoïdos. lib.3 .cap.3.

E

Europæ uera aromata. lib.1. cap.3.
Ebuli natura. lib.2. cap.2.
Ellebori natura. lib.3. cap.2.
Esulæ uires. lib.3. cap.4.

F

Francorum, id est Gallorũ Cõplexio. lib.1. cap.2.
Filicula, id est polypodium. lib.2. cap.3.

Fumaria herba. lib.2. cap.3.

G

Galliæ descriptio. lib.1. cap.1.
Galliæ comparatio ad alias prouincias. eodem.
Gallia auro & argento abundat. eodem.
Gallia Narbonensis. eodem.
Gallorum complexio. lib.1. cap.2.
Galli minus cæteris phlebotomandi. eodem.
Granata mala. lib.6. cap.3.

H

Hortus Gallicus, siue uiridarium. lib.1. cap.1.
Hominum dotes. lib.1. cap.2.
Hermodactylorum uenenositas. lib.3. cap.9.

I

Iuniperus. lib.4. cap.5.
Iulius Celsus de Gallis. lib.1. cap.2.
Ius Gallorum. lib.2. cap.10.
Ireos quid sit. lib.3. cap.10.

L

Laureola. lib.3. cap.3.
Loca temperata. lib.1. cap.1.
Loca naturas definiunt. lib.1. cap.2.
Loci mutatio complexionem uariat. eodem.
Lupuli uirtus. lib.2. cap.11.
Libanotis. lib.4. cap.1.
Limonum uirtus. lib.6. ca.1.

M

Montispessulani usus. lib.1. cap.2.
Mutatio loci complexionem uariat. eodem.

Medicinæ

Medicinæ benedictæ quæ sunt. lib.2.
Mercurialis herba. lib.2. cap.1.
Manna Brianſonis. lib.2. cap.5.
Man quid ſit. eodem.
Manna filiorum Iſrael. eodem.
Malua. lib.2. cap.12.
Menta. lib.4. cap.9.
Maiorana. eodem. cap.10.
Myrtus. lib.5. cap.6.
Mala Cydonia. lib.6. cap.4.
Mala Perſica. eodem. cap.5.
Mellis natura. lib.7. cap.1.

N

Narbonenſis prouinciæ dotes. lib.1. cap.1.
Natura medicinarum fortium. lib.3. cap.2.
Nulla medicina ſine ueneno. eodem.
Narantia quid ſint. lib.6. cap.2.

O

Ocymum quid ſit. lib.4. cap.2.
Olea quid ſit. lib.5. cap.3.
Olei natura. lib.7. cap.2.
Oleum nucum Raphani & Rape. eodem. cap.3.

P

Pompeij Trogi de moribus Gallorum. lib.1. cap.1.
Polypodij uires. lib.2. cap.3.
Pharmaciæ uenenoſæ. lib.3. cap.1.
Pharmacum forte uenenoſum. eodem.cap.2.
Perſicum malum. lib.6. cap.5.
Pix liquida. lib.7. cap.7.
Prunorum

*Prunorum natura.* lib.2. cap.11.

Q

*Quæstio curiosa de natura locorum.* lib.1. cap.3.
*Quæstio de manna.* lib.2. cap.5.

R

*Regionum Epitheta.* lib.1. cap.2.
*Regio Gallica unde dicta.* lib.1. cap.1.& 2.
*Rosa & eius succus.* lib.2. cap.7.
*Rosmarinum.* lib.4. cap.1.
*Rutæ proprietas.* lib.4. cap.11.
*Rapæ Raphanum.* lib.7. cap.3.
*Resinæ omnes.* lib.7. cap.6.

S

*Sambuci uirtus.* lib.2. cap.2.
*Siluestris Cucurbita.* lib.3. cap.6.
*Saluiæ uirtus.* lib.4. cap.4.
*Serpillum.* lib.4. cap.6.
*Satureia.* lib.4. cap.7.

T

*Tullius de Græcis.* lib.1. cap.2.
*Thymbra siue Satureia.* lib.4. cap.7.
*Thimi natura.* lib.4. cap.8.
*Teda resina.* lib.7. cap.6.

V

*Violarum proprietates.* lib.2. cap.6.
*Venenum quid sit.* lib.3. cap.1.
*Veneni species.* eodem capite.
*Veratrum.* lib.3. cap.2.

# HORTVS GALLICVS, SYMPHORIANO Campegio Equite Aurato, ac Lotharingorum Archiatro Authore.



ALLIA Europæ prouincia est. Hæc inter Hispaniam & Germaniam posita & alpibus & pirenæis montibus clauditur, sicut minor utraq; terra, ita utraq; fertilior. Nam neq; ut Hispania uiolento sole torretur, neq; ut Germania aßiduis frigoribus fatigatur. Sed media inter utranq; hinc temperato calore, inde felicibus & tempestiuis imbribus, in omnia frugum genera fœcunda est. Cœli eius ea est clementia, ea felicitas, ut nec immodicis æstuet caloribus, nec rursus arcticis frigoribus torpeat. Tam moderata loci natura, tam blanda amœnitas, ut innocentißimus ubiq; ac saluberrimus aër, diutius nescias an mollius trahatur. Hinc temperato calore in omnia frugum genera fœcunda est, adeò ut nō ipsis tantum incolis uerum etiam Hispaniæ, Britanniæ, Germaniæq; cunctarum rerum abundātiam sufficiat. Hinc enim non frumenti tantum copia magna est. Verumetiam uini, mellis, oleiq;, nec ferri solum materia præcipua est, & argenti. Iam lini spartiq; uis ingens. Hic mille paludes latifundia occupant, nec tenuißimo cespitum corio statim arena subest. Peculiare Germaniæ

Descriptio Galliæ.

Galliæ cōparatio ad Germaniā & Hispaniam.

Aer temperatus in Gallia.

Copia rerum humanarum in Gallia.

niæ, & Septentrionis malum. Dixeris hic Palladem cũ Baccho certasse, maior´ne uini copia an olei exundaret: quibus Anglia quum non tàm careat quàm indigeat. Fateantur Britanni oportet se duos preciosissimos natura liquores Francis debere. In Gallia cursus amnium non torrentes rapidiq́;, ut noceant: sed plærunq; leues & uineis, campisq́; irrigui, æstuarijsq́; Occeani affatim piscosi, plæriq; etiã diuites auro, quod in paludibus uehunt. Salubritas cœli per omnem Galliam, æqualisq́; aëris spiritus, nulla paludum graui nebula inficitur. Huc accedunt & marinæ auræ undiq; aduersus assidui flatus, quibus omnem Galliam penetrantibus euentilato terrestri spiritu præcipua omnibus sanitas redditur. Narbonensis prouinciæ dotes, quis pro merito attigerit? tam suaueis florum odores? tam numerosos succorum sapores? tam uarios infectricum herbarum colores, tot suaue rubentia cocci grana? Flagrantes Thymo, Saliunca, Libanotide campos? Emicantes benignè calidorũ fontiũ scaturigines? Fertilissimos croci Albigesiorũ agros: tot munifica opacorum nemorum genera, tam teneras luxuriantis soli glebas? tot læta apricorum collium uineta, tam superba frugiferarum arborum poma? tam multiplices pecorũ greges? sed quæ alia pars terrarum urbibus frequentior? quæ sacratissimis ædibus sanctior? quæ uirorum forma liberalior? quæ morum dignatione acceptior? quæ Christianæ fidei cultu unquã habita est religiosior? Et ut Pompeij Trogi abreuiator Iustinus scribit, Gens Gallica aspera, audax & bellicosa, quæ prima post Herculem, cui ea res uirtutis admirationem & immor

Anglia multis indiget.

Cursus amniũ in Gallia.

Auro & argẽto abundat Gallia.

Narbonensis Galliæ dotes.

Albigientium agri fœcundi.

Pompeij Trogi de Gallorũ moribus opinio.

immortalitatis fidem dedit, Alpium inuicta iuga & frigore intractabilia transcendit, sibi domitis Pannonijs uaria bella gesserunt. Tantus autem terror Gallici nominis & armorum inuicta felicitas erat, ut aliter neq; maiestatem suam tutam, neq; amissam recuperare posse sine Gallica uirtute arbitrarentur.

## DE COMPLEXIONE GALLORVM ET MORIBVS.

### CAPVT II.

GALLIA Regio lactea & candida dicitur, nam præter cæteros albi sunt Galli. Quapròpter à Græcis propter huiuscemodi colorem Galatæ dicuntur ab eo, quod est Gala, id est lac. Quare in libro de Sanguinis mißione Galenus Phlebotomiam minus quàm ceteris nationibus conuenire consulit, cum inquit, Quod ad ætates quidem attinet in pueris minus detrahimus quàm plenitudo commouet, quod ad corporis habitus in cādidis, & quibus mollis teneraq; est caro, quales Galli sunt. Hæc Galenus. Sunt enim Galli natura albi, sanguine subtili cum pituita abundantes. Est uerò sanguis calidus & humidus, pituita uero frigida & humida. Ratione sanguinis ridibundi ferè sunt uisu, corporeq; floridi: & quandoq; coloris uenusti. Sed ex pituitæ dulcis affluentia somni copiam profluere coniectant medicorum scholæ, uelut ex acetosis famem, ex salsis sitim, ex crudis sitis interpellationem. Galli igitur natura molles, teneraq; carnes habentes. Quapropter minus cæteris nationibus ueniunt phlebotomandi

Vnde dicatur Gallia.

γάλα.

Galenus Galliam meminit.

Gallorum complexio.

Galli min9 cæteris nationib9

phlebotomandi. tomandi,atq; pharmacijs fortibus purgandi. Neq; te moueat rudis usus Gallorum, & maxime Parisiensium in sanguinis mißione à ratione alienus, & communi errore introductus, ne dum multitudini placere studes, multorum uitam perdas: neq; enim satis iusta est occasio ad delinquendum, cum multis errare. Neq; etiam te moueat Montispedentium rudis usus Scamoneæ, Colochintidis, ac aliarum medicinarum uenenosarũ à ratione alienus, ac etiam communi errore Arabum & Pœnorum introductus. Hic enim error ex Arabia originem habuit. Sunt enim Arabes Mahometicæ sectæ fautores, qui donis dei gratuitis abutũtur. Mahumetistæ qui Aphricam, Aegyptum, Arabiam & Syriam inhabitãt, & olim maiorem partem Hispaniæ occupabant, stultitiã eorum indicante uocabulo Mori nominantur. Qui enim et Moros à Græcis, dicitur Nabal ab Hebræis, Fatuus à nobis. Non enim omnium æque nationum corpora sunt ad sapientiæ ac intelligentiæ perceptionem idonea. Seres enim & qui extrema mundi climata inhabitant, tantum ab eorum complexione qui clima quintum incolunt, elongantur, ut complexio quæ uni genti salubris est, plærunq; alteri mortem cõsciscat, ut Persicum in Persia uenenum erat, & in Aegypto factũ est cordis amicũ. Et Scamonium in Colophone mediocre pharmacum, & in Antiochia & Carrasceni uenenosum. Item Scamonium Persis & Pœnis mediocre solutiuum, Gallis uero ac Germanis perniciosum ac uenenosum. Sic de Colochintide ac Turbit dicendum uenit. Et ut corporum dispositionibus, sic moribus, legibus, sententijs differunt & ingenijs. Vnde

Error Parisiẽsium.

Montispessulani error in medicinis perniciosus.

Vnde Mauri dicantur.

Gentium complexiones diuersæ.

Persicum.

Scamonium.

Mutatio loci complexionem variat.

Vnde & Latini superciliosi ac elati dicuntur. Vani Ligures, Galli feroces, iactabundi Hispani, Pœni fœdifragi, Britones inurbani, Germani fortes, Itali graues, & inter se seditiosi. Loca plerunq; hominum naturas definiunt. nam ad Septentrionem habitantes ferè sunt uasti corpore, simplices, animosi, exigui consilij. Ideo præcipites, non tam dociles: medicinas solutiuas, ac, ut uulgus medicorum nominat, eradicatiuas non ferentes. Qui ad meridiem capillis sunt nigris, delitijs soluti, graciles, dociles, acerrimi ingenij, leues, mendaces, proditores, occultas habentes rerũ intelligentias, medicinas fortes ac uenenosas ferentes. Ideo Hieronymus inquit, unaquæq; prouincia suas habet proprietates, unde uanos Mauros, & feroces Dalmatas Latinus pulsat historicus. Timidos Phrygas omnes poëtæ lacerant. Athenis expeditiora nasci ingenia Philosophi gloriãtur. Ipsum Israël graui corde, & dura ceruice omnes scripturæ arguũt. Græcos leues, & apud Cæsarem sugillat Tullius, dicẽs: aut leuium Græcorum, aut immanium Barbarorum. & pro Flacco ingenita inquit leuitas, & erudita uanitas. Et de Gallis Iulius Celsus libro quinto inquit. Galli homines sunt aperti, minimeq; insidiosi, qui per uirtutem magis quàm per insidias dimicare consueuerunt. Et Bernardus de Romanis ad Eugeniũ Papam ita scribit. Quid tam notum seculis quàm proteruia Romanorum? Gens insueta paci, tumultui assueta, gens immitis & intractabilis, subdi nescia, nisi cum non ualet resistere. Hæc igitur quæ ad bene beateq; uiuendum tanti momenti sunt, non nostræ sunt facultatis, sed aliunde suppeditantur.

Regionũ Epitheta. Latini. Galli. Hispani. Pœni. Germani. Itali.

Loca naturas definiunt.

Mores hominum secũdum loca & climata.

Hieronymi pulchra autoritas.

Tullius de Græcis.

Iulius Celsus de Gallorũ moribus.

Diuus Bernardus de proteruia Romanorũ

Licet enim bene mori nostri sit arbitrij, tamẽ bene nasci nostræ nõ est potestatis. Sic enim statuit deus ut hoïes uarij quoq; ĩgenij,& multiformis animi ac industriæ,quẽadmodũ & cætera nascerentur, atq; ut unusquisq; sua cõtentaretur sorte. Ipse enim solus deus est qui nouit oïa, & solus qui potest. Ipse est qui prima ipsius orbis fundamẽta in orbẽ coniecit,& immẽsi maris aditũ, & semitã mortalibus patefecit,quiq; uitæ huius cõmoditates oẽs,dignitates,honores præstitit,q sydera discernens unicuiq; quã uoluit sortẽ tradidit. Quibusdã enim ut terrã colerẽt,atq; inde sibi diuitias et opes cõpararẽt,alijs autẽ ut arte aut pelago piscarẽtur sibi uictũ,aut mercimonia cõ mutarẽt, alijs ut scientiæ & philosophiæ studijs se dederent,atq; inde honores aucuparẽtur & laudes. Multis etiã ut cæteris præessent,iuberent & imperarẽt. Ideoq; nõ mirandũ si hoïes uariã inter se sunt, nõ solũ fortunã, sed etiã naturã cõsecuti:cũ uidemus regiones & loca,eã quoq; uarietatẽ adepta:postq̃ una quidẽ lacteos hoïes, ut Gallia pariat:alia subalbidos,ut Florẽtia: alia fuscos, ut Hispania: alia prorsus adustos,ut Africa & Aetiopia: aut similes multis floribus,quales generat Assyria.

Homines varij sunt ingenij.

Solus deus omnia nouit.

Hoïm dotes.

In hominibus varia fortuna.

Colores hoïm secundũ loca.

AVICENNA, RASES, MESVES, SERAPIO, suis seculis scripserunt,suæ etiam genti, Arabes Arabibus,idq; in suo etiam cœli climate.

## CAPVT III.

BARBARI Barbaris scripsere,& Arabes Arabibus: Galli igitur Gallis, & Hispani Hispanis:& quilibet etiã suæ genti scribere debet: quare nos Gallis scribere debemus. In Gallia Celtica agimus,nõ ĩ Arabia,

Arabes et Pœni Barbari oïs

aut Aegypto, nō in India, quas nationes cōstat aliā tēperiem, aliud cœlū, aliā autē cœli reuolutionē habere. Sed forsitā curiosus quidā rerū nouarū inuestigator ac longinquarū regionū ac extranearū amator thymiamatū obijciet, nihil nos proferre posse ex nostris terris, quod cynamomo, gariophilis, calamo aromatico, zinzibere, pipere æqualiter confortet ac calefaciat. Item nihil quod reubarbaro, caßia fistula, myrabolanis æqualiter euacuet. Item nihil quod scamonio, colochintide, turbit, ita humores eradicet, ac à remotis & lōginquis mēbris euacuet. Id respondemus, nostra culpa fieri, qui hoc ignoramus, uerū id palatū nostrū nō fert, quia nō titillat, quòd nō ex Arabia aut India asportatur. Ergo damnas tu, fortasse obijciet ex illis aliquis importunus cauillator, magistrales illas Mesue ac Serapionis cōpositiones, ex quibus ad oēs morbos promūtur medicamina? Bona uerba, scriptores nō dāno, nisi quantū inepta Latinè nobis reddita sunt, & periculū est ob hanc rē ne in multis cū periculo eos imitemur: sed neq; ullius quoq; mercem dāno, sed aio, suis seculis scripsisse, suæ etiā gēti, Arabes Arabibus, Barbaros Barbaris, idq; in suo etiā cœli climate. Nec minus cataputia laxat, urit, siccat, attrahit humores ac pellit in nostro climate, q̃ apud Arabes scamoniū. Nec minus esula aut laureola pituitā trahit ac expellit in Gallia q̃ apud Pœnos aut Persas et remotißimos Indos colochintis. Nec minus claterium hoīes euacuando turbat, q̃ apud Mesuem ac Serapionem eorum turbit. Sileo quòd alia secula sunt. Deinde quòd ī Gallia Celtica, & apud Christicolas agimus, ubi satius moriendū est, quàm contra Christi legem

Quæstio curiosa.

Aromata Indorum.

Respōdet propositæ quæstioni.

Barbari inepte scripserunt.

Arabes Arabibus non Latinis scripserūt.

Gallia Celtica, id est, Lugdunensis.

sti legem fratrem uenenis interimere. Sumus autem Christiani, non Mahometistæ: Galli, non Arabes, aut Aegyptij, non in India nati, aut Palestina: quas nationes constat aliam temperiem, aliud cœlum, aliam item legem, quàm Christianam habere. Habeãt qui ditiores sunt sua aromata, suum moschum, balsamum, amomũ, ambram, lignum aloën: quin si uolent unicornum, quæ raro non adulterata & uera apud nos reperiuntur. Et si ualent etiam uorent & gemmas Smaragdũ, Carbunculum, ac uniones ut Cleopatra, quæ multis aureorũ milibus constent, modo non inuideant Gallis, Italis, Germanis, Hispanis, Britannis, Danis suam uimdemiam, id est, laurum, myrtũ, rosmarinum, maioranam, saluiam, thymum, lauendulam, mentam, spicam celticam, crocum, hyssopum, satureiam, & uel lupulum etiam aut intibum, & uilissima camporum gramina.

Aromata Indorũ ac Ægyptiorum.

Europæ uera aromata.

## DE MEDICINIS QVAS RECENtiores medici benedictas uocant, quæ in Gallia reperiuntur.

## LIBER II.

### MERCVRIALIS.

### CAPVT I.

Mercurialis a Mercurio appellata.
Duplex Mercurialis.



MERCVRII herbam quã Romani mercurialem uocant. Duplex genus eius est, ut Dios. scribit. Sexu discernuntur. hæc mercurialis herba ocimo similia folia, ramulos geminatis geniculis, & alatũ cauis multis. Semen fert racemosum, & multum. Et ut scribit

ſcribit Dioſco. ſoluit aluum utraq; olerum modo in cibũ ſumpta. In aqua itidem elixa, ſi ea bibatur aqua, bilem & aquoſa trahit. Creduntur præterea fœminæ mercurialis herbæ folia trita, tum pota, aut poſt purgationes fœminarum genitalibus appoſita, ut fœminæ concipiantur facere, maſculæ uero cõtrà mares. Marcus Cato hãc herbam inter ea quæ familiam ruſticam ad deijciendam aluum docebat: monens tamen non multum ex ea accipiendum eſſe. Mercurialis ut ſcribit Paulus uẽtrem ſubducit efficaciter, & pigmenta digerit. Et ut inquit Oribaſius, mercurialis herbæ folia molliter cocta, & comeſta, ſtercora ſufficienter deponunt, plus uero deponit ſi aliquid decoctionis eius bibatur cum uino temperatum. Dabis etiam inquit ad uẽtrem in aqua cum ſale coctam, & cum comederit, ipſam aquam bibat.

Auerrois. Mercurialis calida eſt et ſicca ĩ primo gradu, datur in principio febriũ ante digeſtionẽ ſicut caſia fiſtula, purgat cholerã et phlegma.

Marcus Cato.

Oribaſius.

## DE SAMBVCO ET EBVLO.

## CAPVT II.

EADEM Sãbuco & Ebulo, ut Dioſc. ſcribit, uis eſt: ſiccant, adſtringũt, refrigerantq;, & aquas ex corpore pellũt, ſtomacho tamẽ nocent, purgant pituitã, & bilem elixa olerũ modo utriuſq; folia. Quinetiam teneri adhuc caules in fictili elixi eadẽ præſtant. Radix in uino decocta, ſubeuntibus cutẽ aquis auxiliatur: prodeſt & cõtra uiperarũ morſus, in quos uſus decoctũ eius ius pariter bibitur. Decocta eadẽ in aqua, fœminarum locos inſidentibus mollit & aperit, & quæ eis ſunt mala emendat: poteſt idem & fructus in uino potus. leniũt oculorũ

Eadem uis in ebulo & ſambuco.

Auxiliatur ſambuc⁹ aquis inter cutem.

*inflammationes folia tenera & recētia cū polēta emplastri modo imposita. prosunt et canū morsibus, eodē modo cauernosa glutinātur ulcera, podagricis opitulātur cū taurino hircino ue adipe emplastri modo imposita. Et ut scribit Paulus tam potæ quàm etiam comestæ hydropycorum aquam subducunt ambæ.*

Podagricis opitulantur.

## DE POLYPODIO.

## CAPVT III.

Filicula.

POLYPODIVM Romani *Filiculā herbā appellant. Nascitur in muscosis petris polypodiū, et in uetustis arboribus, carūq; trūcis, præsertimq; quercuū. Purgandi uires, ut* Diosco. *inquit, ea habet, daturq; ad purgationē cū gallinaceo piscibus ue, aut beta, aut malua elixa. Sicca eadē & in farinā trita conijcitur in mulsam aquā, bibiturq; ad purgādā pituitā & bilem: facit & ad luxata & emplastri modo imposita, facit & ad digitorū rimas eodē modo detrahit bilem, inquit Plinius. Polypodiū, quā nostri filiculā uocant, similis enim filici est. sed multò certius ante eū Marcus Cato operis sui de re rustica. cap.* CLVIII. *qui cū familiā rusticā doceret, quomodo aluum deijcere oportet, plura simul coqui iubebat, frustū de perna, brassicæ & betæ cū radice sua coliculos, tū filiculæ paulū, polypodiū hanc intelligens, cui instātibus id cūctis alijs, ægregia in purgādo uis est. Mesues dixit, calidū est in tertio, & falso Dioscoridē citat Mesues, nunq̄ enim Diosco. nec Galenus filiculā graduarunt, non est ergo tam calidū putandū, & magis credendum est Auerroi quasi tēperatū dicenti q̄ Auicennæ, qui dicit*

Polypodij vires.

Cato de re rustica.

Mesues errat.

Filicula quasi temperata dicenda.

dicit calidū in secūdo, nedū his qui in tertio ordine statuerunt. Scribit Mesues esse ex maxime extenuantibus & desiccantibus, corpora, & quod facit suberuersionē & nauseā. Nescio tamē quo pacto maxime poßit corpora extenuare, cū leuiter purget, nec excellēti aliqua polleat qualitate. Scio autē ꝙ per se exhibitū, nec subuersionem, nec nauseā facit. Et propterea in hac etiā parte magis credo Auerroi dicēti quòd est secura medicina & melior epithymo, q̄ uel Mesue uel etiam Plinio stomachum offendi ab eo asserētis. apud Mesuē educit cholerā nigrā, sed secundū Diosco. & Pliniū bilem absolute & pituitā. Paulus radicē cōtritā cū melicrato, idē dicit agere colochintidi. Mesues dosim dixit esse usq; ad aureos quatuor. Manardus tamē (ut asserit) exhibuit sæpe unciā itegrā, & id quidē infit sine molestia. Et ut inquit Paulus polypodion sine morsu est potentiæ, & potū per inferna purgat. Et ut Oribasius scribit, educit pituitā, & flauā bilē, & aquosos humores: purgat autē cū ptisanis cocta, & cum iure gallinæ radix cocta.

Erratum Mesue.

Auerrois polypodiū secura medicina.

Dosis.

Manardus.

### DE CARTAMO, Cnicum antiqui dixerunt.

### CAPVT IIII.

SEMEN cartami, candidū, ruffumq;, oblongum, & angulosum est, quo, ut Diosco. scribit, in obsonijs utuntur, tunditur id, daturq; expressus ex eo succus ad purgandū aluum in aqua dulci aut gallinacci esculento iure, stomacho tamen nocet. Fiunt offulæ itidem ad molliendam aluum, amygdalis, sale, aniso & despumato melli admixto liquore eius. Ante cœnam sumere

Cartami virtꝰ.

oportet in quatuor diuisas partes iuglādis nucis quātitate, duasq; aut tres sumpsisse coagulat lac. Cnici seminis succus, facit ad soluendam aluum efficatius. Calidū adfirmat Mesues in primo, & siccū in secundo, Galenus uero & Paulus calefacere dicunt in tertio, si quis extrinsecus utatur. Laudat eam Auerrois nobiliorē esse dicens, omnibus medicinis purgantibus, & quòd pituitam euacuet absq; timore. Sed & Galenus Libro. v. Salubrium præfert Cnicum Aloë in soluendo aluo senum per triduum adstricta. Dimittit uestigia (infit Mesues) lenitatis in uisceribus. Sed Galenus loco supra allegato potius uidetur cōtrariū dicere. Et ut scribit Oribasius, Cartamus pituitā & flauam bilem purgat, non quidē fortiter. Oportet enim semen teri, cū aqua & exprimi ex eo succū, & misceri cum uino, & iure gallorum, & sorberi. Si autem anisus & mel, & amigdalæ simul admisceātur, ad ictericos fient Catapotia expediētia. Serapio cap. CXXVI. dixit Cartamū esse frigidū & siccum in prima māsione.

Auerrois. Cartamus nobilior omnib^9 medicinis purgātibus. Galenus prefert Cnicum Aloe in soluendo aluo senū. Oribasius. Serapio.

## DE MANNA Briansonis Allobroga.

## CAPVT V.

MANNAM reposuit Auerrois inter medicinas à Galeno non scriptas. Sed si importunus cauillator quidam quærat an Manna siue Manhu, quam misit deus populo Israël fuerit eadem & eiusdē speciei cum nostra. De qua scribitur Exodi cap. XVI. in hunc modum. Cumq; operuisset superficiem terræ apparuit in solitudine minutū, & quasi pilo tusum in similitudinem pruinæ super terram. Quod cum uidissent filij Israël, dixerunt

Arabes Mannam Terenabin vocant. Quæstio curiosa. De manna filiorum Israel.

xerunt adinuicem Manhu? Quod significat, Quid est hoc? ignorabant enim quid esset. Quibus ait Moses, Iste est panis, quem dominus dedit uobis ad uescendũ, appellauitq; domus Israël nomen eius Man. Quod erat quasi semen Coriandri album, gustusq; eius quasi simile est melli. Filij autem Israël comederunt Man quadraginta annis, donec uenirent in terram habitabilem. Hoc cibo aliti sunt usquequo tangerent fines terræ Chanaan. Man Iosephus dicit Mannæ, quod Hebraicè dicitur Quid est hoc. Illa manna sic differebat à nostra qua utimur ut spirituale differt à subspirituali. Mãna illa Hebræorum cibus erat diuinus & inopinabilis, nostra autem Manna etsi inopinabilis, non tamen facta est cibus Angelorũ, ut illa, sed potius medicina cœlitus demissa. Nostra autem seruatur per tempora, ille autẽ cibus Hebræorum, ut Iosephus scribit, non erat in crastinum relinquendus, quod in crastinum remanebat, nulli utilitati proficiebat, quando uermes illud & amaritudo consumeret. Hactenus autem sic rigabatur imbribus locus ille, sicut etiam tunc à Mose præstandum diuinitas misit hunc cibum. Vocant autem Hebræi ( inquit Iosephus ) hunc cibum manna. Manna itaq; interrogatio est in nostra lingua dicentis, Quid est hoc. Manna uerò nostra Brianſonis & Allobroga à cœlo est delapsa. Similis etiam cecidit ex cœlo tempore Caroli octaui, dum Parthenopen aggrederetur in agro Mediolanensi. Et tempore nostro dum Christianissimus Franciscus Gallorum Rex Italiam intraret etiam è cœlo delapsa est Manna in Placẽtino agro. Cognitum est profectò quales fuerint prin-

Manhu.

Man apud Iudæos idẽ quod manna.

Iosephus.

Cibus Angelorum Man.

Differentia inter Manna Hebræorũ & nostram.

Quid manna nostra Brianſonis.

Carolus. viij.

cipum mores talem futuram populorum uitam, taliaq́; terræ alimenta, tellurisúe gramina, ac cœli clementia.

Ros alius Siryacus, alius Calabrinus, aliꝰ Gallicus.

Ros è cœlo delapsus tempore Mosi Iudæis talem promittebat ducem, qualem gentes omnes admirarentur. Sic Manna delapsa è cœlo temporibus Caroli, ac Francisci Francorũ regum, tales promittebat reges talesúe uictorias, quales & uidimus & admiratus est orbis uniuersus. Quicunq; igitur Reges laudat, reges extollit, deum in regibus placat atq; laudat. His profecto uidetur eum extollere, quem deus ipse miris signis extolli iubet. An uero de hac Manna Galenus fuerit locutus, incertum multis uidetur esse, Auerrois inter medicinas à Galeno non scriptas reposuit. Ego tamen mentionem eius fuisse arbitror libro alimentorum tertio, sub nomine Mellis aërei uel roridi. De quo scribit plurimum colligi in monte Libano, æstate media, nocte serena, uariasq́; uires à uarijs super quas cadit plantas acquirere, quæ ita quadrant uocatæ nunc Mannæ, ut ambigi non poßit esse eandem rem, quam antiqui etiam saccharum appellabant, quæ inter mella antiqui reponebant. Manna ut scribit Mesues est æqualis, Auerrois tamẽ calidam facit, & humidã in primo. Galenus ut scribit Mesues miscuit ipsam cum Scamonea. Sed salua illius reuerentia non inuenit hoc scriptum apud Galenum. Melli quidem inuenio Galenum miscuisse Scamonium Mannæ nequaquã. Educit, ut scribit Mesues, cum facilitate. Auerrois faciliorem dixit esse inter omnia quæ purgandi uim habent. Crediderim igitur ego antiquum illud Saccharum parum à uocata nunc Manna differre, & utrunq; inter

Mãna quæ cecidit tẽporibꝰ Caroli, ac Frãcisci Regum Gallorum.

An Galenus Mannam viderit.

Galenus mannã sub nomine mellis Roridi comprehẽdit.

Mannę Gal. Scamoniũ non miscuit.

mellis

mellis genera comprehẽdi. An autẽ eadem fuerit Manna Hebræorum cum nostra eiusdemq; speciei, iudicium peritioribus relinquo. Scimus atq; credimus illam Hebræorum fuisse cœlestem, diuinam, panemq; angelorum dictam, nostram uero subcœlestem, non panem, sed benedictam medicinam roremq; cœli, melq; aëreum, ac saccharum atq; salem indum posse appellari. Si ampliora uelis lege Librum castigationum nostrarũ cap. XXXIX. Si per ocium licet.

## DE VIOLIS.
## CAPVT VI.

Genera violarum plura.

VIOLAE genera plura sunt, Purpureæ, Croceæ, Luteæ & albæ. Purpureã sponte nascentẽ apricis & macris locis è radice exeũte ab iacyntho, qui delitiolũ fuerat Appollinis in huiusmodi florẽ mutato, ut Mythicorũ quidã fabulãtur. Inde uestis iacynthina. Satiuis maior autoritas. Luteæ ut scribit Plinius, quæ & flãmea flos & luteola nominatur, inter uiolas ipse posuerim florẽ odoratũ, cuius fragrãtia haud dißimilis Caryophilo, de quo inter Aromata dicemus, merito nomen ab illo sibi uẽdicauit. Viola recẽs ut scribit Mesues solutione educit per uẽtrẽ lãbificãdo. Quæ uero est sicca educit dissoluẽdo, & ipsa infit est infrigidatiua, narcotica, & lenitiua & solutiua. hæc illæ. Ego uero non inuenio apud Græcos purgare, Credi tamẽ potest, si magna quãtitate sumatur, uẽtrẽ lenire. Sed quomõ erit Narcotica si frigida est tantũ in primo ordine ut scribit Mesues? Folia uel per se, uel cũ polẽta poßũt facere ad uẽtriculi exustiões, oculorum

Iacynthina vestis.

Flos violarũ haud dissimilis Caryophilo.

Mesues.

Errat Mesues de violis.

Foliorum virtus.

Dioscorides. oculorum inflammationes & sedis casus. Scribit Dioscorides quosdam asserere partem floris purpuream anginæ & puerorum comitiali morbo conferre.

## DE ROSIS & succo Rosarum.

## CAPVT VII.

Plinius. ROSAS inter coronamēta hortēsia, uiolasq; pene inquit Plinius nostri nouere. Eius plura sunt genera. odoratius est quod in spinetis per arua nascitur. Vtūtur illo ad unguenta oliuū & medicamina pigmētarij, ualidiora etenim habentur omnia syluestria. Quod ut inquiūt his terra perinde ac mater est, cæteris nouerca. Ego uerò primā odoris laudē potius dederim Rosis, quas nunc paßim Damascenas dicimus, non solū biferas, sed toto ferè anno florescentes. Rosam non uideo à Græcis, neq; ab Auerroë inter purgatoria medicamina reponi. Experientia tamen ipsa collocari inter ea debere ostēdit. Cui etiam Dioscorides cōsentire uidetur, Rosaceum unguentū uires habere dicens ad soluendam aluum conducentes, quas uires non ab alia re habere potest præterquàm à Rosis. Componitur inquit Mesues ex terreis partibus. Galenus tamen constare dixit ex aquea substātia calida, cui qualitas adstringens & amara coniuncta est. Diosco. dicit Rosas facere ad gingiuarum defluxus. Plinius dat imposita ad mulierū fluctiones, maxime albas. & sanguinis excreationes, & ad uentriculi dolores cum uino. Vinū in quo folia sicca cocta sunt laudat Dioscorides in dolore capitis, oculorū, auriū, gingiuarum, pudēdi, ani, uteri, si eo mēbra illa abluātur, nullam autē

Damascenæ rosæ inter rosas maxime sunt solutiuæ.

Experiētia rosas purgare ostendit.

Vnguentū rosaceum.

Plinius.

Dioscorides.

rosæ

rosæ partẽ præter capita præbet bibẽdam. Per albas inquit Mesues non fit solutio aliqua. Sed in hoc illius error hoc in loco deprehẽditur. Albæ enim de seni uocatæ, & uulgo apud nos Damascenæ: cum albißimæ sint, cæteras in purgando excellunt. Succum non reponit Dioscorides ad alium quàm ad oculorum usum. Mesues errat.

DE FVMOTERRAE siue fumaria herba.
CAPVT VIII.

FVMARIA herba, ut scribit Galenus, est calida cũ quadã frigiditate & arida in secũdo ordine, fortificat & mundificat & confert stomacho, & non est in ea de caliditate qualitas manifesta. Proprietas eius est ad scabiem, & pruritum, & laxandi flauã bilem adustam, & clarificandi sanguinem & urinam prouocandi. Galenus experimento cuiusdam idiotæ lenire uentrem tradit, succum subductionis gratia cum mellicrato exhibentis. Auicenna frigidam facit, etsi Galenus calidam posuerit, acri simul & amara dicẽs participare qualitate, nec carere acerba: qui loquendi modus uincere in eo caliditatẽ demonstrat. Educit inquit Mesues choleram, Galenus & Dioscorides per urinã dicũt. Plinius absolute dixit quòd detrahit bilem. Et ut Aetius dixit dari potest tuto his qui febriunt. Mesues prætermisit præcipuas eius uires, à quibus & nomẽ accepit, quòd lachrymas instar fumi educit, uisum acuit, renasci euulsas palpebras prohibet, ut Plinius, Dioscorides, Galenusq; testantur. Potio succi, ut scribit Mesues, est ab uncia media ad duas. Vix puto tamen esse tam mollem uentrem, qui ea quàti-tate

Fumaria. Vires fumiterræ. Galenus. Auicenna errat. Plinius. Ætius. Mesues. Pręcipue vires fumarię herbæ duę. Dosis eius.

Auicenna. tate leniatur. Auicenna tamen usq; ad octo uncias præbet. Multi tamen modum Auicennæ lõge excedunt.

DE PRVNIS.

CAPVT IX.

Prunorum genera tria. PRVNORVM uaria multaq; sunt genera, quorũ in primis laudãtur tria, Damascena, Amygdalina, & Armeniaca. De Damascenis ita scribit Serenus. Prunaq; conueniunt, quæ mittit clara Damascus. Et Martialis. Martialis in. x i. Pruna peregrinæ carie rugosa senectæ Sume, solẽt duri soluere uẽtris onus. Nã ut scribit Auicẽna soluũt uentrẽ secũdum Gal. improbantẽ Dioscoridẽ, qui pruna ex Damasco Syriæ sicca eustomacha esse dixit, & uentrẽ cõtinere. Pruna tamẽ omnia, ut etiã uuæ, Pruna initio prandij comedenda. ficus uirides, moræ & cerasa uentrẽ lubricantia initiò prãdij inter prima potius esse comedenda medici omnes Galenus. tradidere. Galenus tamẽ inter pruna Damascena magis adstringẽtia ait esse hybetica dulciora. Miratur tamen Dioscoridẽ dixisse Damascena sicca uẽtrem sistere. Dulcia mediocriter humectãt & infrigidãt ait Galenus. De cocta in mellicrato plus mellis habẽte uẽtrẽ molliũt, magisq; si melicraton superbibatur, dehinc uinũ dulce & prandium differatur. Adstringunt syluestria, pariterq; Gummi prunorum. domesticorum folia. Gummi lapidem frangit.

DE IVRE GALLORVM.

CAPVT X.

GALLINARVM ius adstringit, ut scribit Galenus. Gallorum uerò ius uentrẽ soluit. Miscetur decoctioni

decoctioni eius, nõ Turbit ut Mesues uoluit, sed Mercurialis, Cartamus & Polypodium. Educitq; humores crassos, crudos, tenaces, nigros, & ualet febribus antiquis. Medetur præclarè uenenis serpẽtũ, torpẽtibus mẽbris, tremulisq;, ut Plinius scribit. Valet & capitis doloribus, epiphoris, inflãmationibus, fastidijs, incipienti tenasmo, iocinori, renibus, uesicæ, suspirijs, cruditati.

Errauit Mesues ponendo Turbit.

## DE LVPVLO.

## CAPVT XI.

LVPVLVS ut scribit Mesues species est uolubilis habẽs folia aspera, cuius flos est sicut ampullæ adhærẽtes, & est sedatiuus dolorũ calidorũ, extinctiuus inflãmationũ & lenitiuus. Et est æqualis inquit Mesues ad frigiditatem declinãs, & in principio primi gradus. Sed quicquid Mesues dicat, uires florũ, quas in ceruisia ostendũt, satis calidos & siccos atteståtur, quibus rebus grauitas etiã odoris cõsentit. Videãt igitur medici, qui Lupulos tãtopere commendãt, cui fundamento innitantur.

Lupulus.

Lupulus non est frigidus vt somniauit Mesues.

## DE MALVA.

## CAPVT XII.

MALVA frigida est & humida in primo ordine, facile uentrem euadit, nõ ob humiditatẽ modo, sed etiã glutinationẽ, iuuat uesicam, & thoraca, & pulmonẽ, & raucã lenit uocẽ. Agrestis malua à uespis, apibus'ue morsos illita à dolore statĩ liberat. Fertur eius decoctio pota calculos cõterere: somnũ adducit, & facile puerperiũ mitigat, inflãmationes ĩpacta & dura mollit.

Pectoralis & lenitiua Malua.

Vires maluæ.

Et ut Dios. scribit bonam facit aluum, stomacho tamen inutilis, ipsa intestinis & uesicæ utilis est. Ambustis sacrisq; ignibus medētur elixa concisaq; maluæ folia, & ex oleo imposita. decoctæ cum radicibus suis maluæ ius, letalibus uenenis omnibus accommodatum est. Sed oportet bibentes continuis uomitionibus, quod biberunt, reddere. Et ut inquit Constantinus, si cum aqua & amygdalino sit cocta, & cum oleo comesta, uentrem soluit.

Malua stomacho inutilis.

Maluæ ius uenenis occurrit.

Constantinus.

## DE BRASSICA SIVE CAVLE.

## CAPVT XIII.

BRASSICAE satiuæ subcrudæ cibus (inquit Dioscorides) bonā facit aluum. Sistit contra percocta crapulæ ebrietatisq; noxas disijcit à cibo sumpta, mollit aluum crudæ braßicæ succus cū nitro potus & iride. Idem cum uino potus uiperæ morsibus subuenit. Folia per se aut cum polenta concisa ad inflāmationes omnes tumoresq; faciunt, sacris ignibus & lepris medentur. Aluum & menses cit potum braßicæ decoctum. Cato Censorinus tradit populum Romanum sexcentis fere annis medicina braßicæ usum, nondum enim in urbem commeauerant medici qui in artem redegerunt. Ponam primo hoc in loco medicamētum reuera ita appellandū. Catonis Antidotum, quod ille ex braßica componēdum putauit capitis doloribus, oculorum caligini, stomacho & præcordijs profuturum, & est tale. Accipe crudæ braßicæ, coriandri rutæ, & mentæ singulorum manipulos 2. radicis lazaris unciam 1. & semis: cū aceto & melle conterātur, ac mane in ieiuno mensura duorū acetabulorum

Cato Cēsorinus de brassica.

Antidotum Catonis.

bulorũ iubebat propinari Cato. De cætero braßica hoc modo curans uulneribus non solũ recentibus, uerũ etiam ueteribus cãceratisq́;, si prius aqua calida fota sint, crudam contritã bis in die imponi, & ad impetigines iubet Cato: creditq́; hoc modo tritam sine ulceratione sanare, podagræ atq; articularibus morbis cũ rutha & coriandro, & ordei farina, & salis quoq; mica, utiliter admoueri putat. Fistulas atq; luxata discutere humores, aut euocare, aut spargere impositã: insomnia ac uigilias cõpescere: decoctæ aquã in somẽto neruis, articulisq́; prodesse. Eius quoq; qui braßicã ederit, seruari urinam iubet: quam calefactã neruis asseuerat utilem. Pueros etiã nunquã debiles fieri, si ex ea urina frequenter lauentur. hactenus Cato. Chrysippus peculiarem braßicæ librum dicauit, omnium morborum ex ea remedia cõtinentem. Eiusq́; & cæterorum de braßica hæc opinio est: ꝙ cibus eius aßiduus caliginem discutit, concoctioni prodest, fœminis expurgationem excitat, copiã lactis infundit, semicruda aluũ resoluit, discocta cõstringit, cruda ex aceto sumpta spleneticos curat, partus etiã mortuos pellit.

Braſſicæ vires.

Podagræ opitulantur.

Chryſippus librum ſcripſit de braſſica.

DE ATRIPLICI.

## CAPVT XIIII.

ATRIPLEX notum omnibus olus est. Duo eius (inquit Diosco.) genera sunt, agreste, et hortense: aluũ mollit, discutit pannos illitũ crudũ & elixũ, sanatq́; suffusos felle potũ cũ mulsa aqua atriplicis semen. Olus hoc habet in tertio refrigerandi ordine potestatẽ, per aluum celerrime descendens. Est illi sicut maluæ facilis

Atriplex refrigerandi habet virtutem.

cilis succus ad lapsum. inde in cibo sumptus indubitate uẽtrem resoluit. Crudus, siue coctus impositus duritias oẽs ac furũculos sanat, ignes sacros sedat, podagræ feruo rem cũ nitro & aceto cũ melle restringit, pernionibus q adhuc æstuãt anteq̃ i uulnus erũpãt, utiliter ĩponitur.

Podagræ feruorem restringit.

# LIBER III.

## DE PHARMACIIS LABORIOSE soluentibus, in quibus, ut uerbis Mesue loquar, est uenenositas.

### CAPVT I.

Quid venenũ & quare dicatur tale.

Plinius.



ENENVM dictũ est, quòd cito per uenas eat, siue salubre, siue noxium. Nam & medicamenta uenena sunt. Et est generale ad omnia, quæ naturã eius, cui adhibita sunt, mutat. Plinius, Galbanũ aduersatur uenenis maxime toxicis, cum myrrha et uino. Deniq; omne quod uel sumptu uel tactu nocet, uenenũ dicitur: unde et pro ueneficio capitur. Venenorũ quædã sumũtur ex mineralibus, ut argẽtũ uiuũ, lapis lazuli siue cyaneus, lapis armenus. Quædam ex animalibus, ut sunt lepus marinus, scorpio, fel uiperæ. Quædã ex elemẽtis, ut aër corruptus, & aqua, propter aliquas ex qualitatibus manifestis, uel cæcis in ipsis existẽtibus. Quædam sunt ex plãtis, ut ueratrũ, laureola, scamonea, napellus, colocynthis. Et quædã interficiunt à qualitatibus abditis & cæcis, ut napellus: quædã uerò à qualitatibus manifestis, ut euphorbiũ: quædam à qualitatibus abditis

Animalia venenosa.

Venena ex plantis.

pariter

pariter & manifestis, ut opiũ. Agentia à cæcis & abditis qualitatibus, nõ possunt nisi experimẽto cognosci, ut uult Galenus, sexto de simplici medicina, cap. de abrotano. Agentia à qualitate manifesta rationibus cognoscuntur: agentia uero modo utroq; cognoscũtur duplici medio. Quędã uenena uisu interimũt, ut basilisci. Quędã auditu & sibilatione, ut reguli, quæ species est basilisci: quędã odoratu, ut quędã species fungorũ: aut tactu, ut piscis, qui Torpedo nominatur. Itẽ quędã uenena intefi ciunt calefaciendo, sicut euphorbium: quędã infrigidando, sicut opium: quędã arefaciendo, ut calx nõ extincta, & coltar: quędã humectando, ut argentũ uiuũ. Itẽ quędam uenena interficiũt soluendo cõtinuũ, ut lepus marinus: quędã putrefaciendo, ut Auripigmentum: quædam multis de causis: in hoc enim opere de uenenis, quæ ex uegetabilibus & plantis sumuntur, uenit dicendum, ut sunt elleborus, laureola, & similia.

Abditæ proprietates quas a proprietate specifica dicũt Arabes.

De venenis mortiferis.

Qua proprietate operentur venena.

## DE VERATRO siue Elleboro CAPVT II.

AVENZOAR ille apud Arabes dictus sapiẽs, in sui libri Teisir primo, tractatu 7. cap. 1. ita scribit. Oĩa laxatiua, quæ habent uiolenter & impetuose laxare, trahũt humores à toto corpore ad stomachum, & purgant corpus totũ, stomacho repleto manente, & tale pharmacũ habet totũ corpus desiccare. Quapropter humor malus ĩ substãtia stomachi ĩbibitus habet remanere. Et tractatu 9. cap. 8. inquit: cauere debes oĩno ne medicinã laxatiuam exhibeas, eo quòd omne pharmacum forte

Auenzoar de natura medicinarũ fortium.

Omne pharmacũ forte, venenosum.

quãuis fuerit rectificatũ quantũ fuerit poßibile, impoßibile est tamẽ quin per acuitatẽ, & motum ipsius non cõmoueat, & generet großitiem, & duritiem similẽ apostemati. Et Auerrois 5. Colliget infit: Nulla medicinarũ fortium est sine ueneno aliquo in aliqua parte sui. quæ fuit sententia Galeni, secundo regiminis acutorũ cõmento 12. cum ait: Natura medicinarũ solutiuarũ fortiũ est contraria naturæ corporũ, quæ ipsæ soluũt, & sunt uniuersaliter pernecantes, & interimentes ea. Eapropter, ad augendã medicinarũ uenenosarũ admirationem potius quàm medicinæ aut historiæ ueratri, siue ellebori necessaria à Diosc. referũtur. cap. 146. de elleboro nigro in hũc modũ: Inspergũt ueratro domos, purgationibus aptũ existimãtes. Eãq; ob causam offossuri illud, stantes Apollinẽ & Aesculapiũ precãtur, aquilã identidẽ obseruantes: nõ sine periculo, ut ferũt aduolãtẽ: mortẽ siquidẽ fodiẽtibus adfert auis illa, si nigri ueratri succisionẽ uiderit. Celerrime itidem succidi ueratrũ oportet, caput enim halitu suo aggrauat. Quapropter, qui effodiunt, præsumptis se muniunt, uinumq; bibũt: sic enim tutius effodiunt. Purgat ueratrum nigrũ superiorem uentrem, pituitam trahens & bilem: prodest comitialibus, melancolicis, insanientibus, articulorũ doloribus & resolutis. Trahit menses idem appositum, sanat scabies, fœtus in utero enecat. Et quemadmodũ ueratrũ album per superiora purgat pituitam, sic niger bilem atram per inferiora. Est enim ueratrum periculosum, & naturæ humanæ inimicum. Drachmæ enim duæ interimũt: facit enim inquit Razes ardorem, tremorem cordis, linguæ ardorem,

Nulla medicina fortis sine veneno.

Galenus.

Fabula potius quã historia.

Veratri proprietas.

Veratrum.

Razes Pœn⁹.

rem, eructationẽ cum inflãmatione, & tãdem spasmum & mortem. Cura est assumere absinthium cum uino, & prouocare uomitum. Caue igitur ne sumas ueratrum, periculosum enim est. Minoris tamẽ est maliciæ ueratrum scamonio, ut scribit Galenus, secundo de acutis morbis, cõmento 12. in fine. Accidentia enim scamonij sunt defectus cordis, æstuatio fortis & febris, sitis ualida, dyssenteria, dolor uentris, syncopis.

Bezoar veratri.

Scamoniũ peius veratro.

## DE LAVREOLA siue Daphnoide herba.

## CAPVT III.

LAVREOLA folia habet lauro similia, molliora tamen, erodente, & feruido in ore & faucibus sapore. Flores candidos, fructum cum maturuit nigrum, radicẽ inutilẽ: nascitur in mõtanis locis. Ducit, infit Dioscorides, per inferna pituitam, recens siccatum'ue potum daphnoïdis folium. Vomitiones idem & menses cit quinetiam commanducatum pituitas oris purgat: sternutamenta itidem cit, purgant etiam seminis eius pota grana numero sexdecim. Numeratur à Theophrasto inter ea quæ præcipuam purgandi uim habeãt: monens per aluum pituitas ducere, uomitiones ciere mensesq́;, & commanducatum pituitas oris purgare. Quinetiam sternutamenta facere. Medicina fortis & periculosa est laureola: Colocyntha periculosior. per inferna ducit laureola pituitam: Colocynthis bilem ac pituitam trahit, & aliquando cruenta, strigmentaq́; ac stomacho inimica est, & fœtus in utero enecat. Et ut scribit Mesues, nocet cordi, stomacho, & iecori, & est cõturbatiua, subuersiua,

Dioscorides.

Mesues.

*siua uiscerum faciens operationes difficiles, aperiens orificia uenarũ, et excoriat uias urinæ. hæc de laureola.*

## DE ESVLA.

## CAPVT IIII.

Esula æquiparatur turbith.

E*SVLA ex speciebus est lac habentiũ, recens uerò (inquit Mesues) est mala, nigra uerò perniciosa, nocet cordi, iocinori, & stomacho: disrũpit uenas, & excoriat uiscera, derelinquens inflammationes, faciens cadere in febres: solutione educit pituitã, ac aquam citrinam, humoresq; ex atra bili genitos. Non minoris est malitiæ turbith, qui plurimos turbat: habet enim caliditatem & ariditatẽ in tertio ordine calefaciẽtium: laxat pituitam, infert debilitatem animi: & est de genere habentium lac & lacteriorum. De turbith plura scripsimus capite 25. nostrarum castigationum.*

Turbith.

## DE CATAPVTIA, *id est Cherua.*

## CAPVT V.

Cataputia.

C*ATAPVTIA calida est, in tertio ordine, humida uero in primo: pituitam purgat, secũdo bilem flauã, tertio atrã. Cataputiæ fructus (ut scribit Galenus) abstersiuã & diaphoreticam habet uirtutem, ita etiam & flos: sed quodammodo debiliorẽ. Triginta eius grana si bibantur, & terãtur, flauam bilem, ac pituitã, ac aquosas humiditates purgant: & uomitũ, & fluxum uentris faciunt: & laxant stomachum forti attractione, prouocantq; nauseam ac uomitũ. Duplex est, maior & minor. Primam eius speciẽ cici uel crotoma Diosco. uocat, & Græci*

Galenus.

Flauã bilẽ purgat cherua.

Duplex est cherua.

Græci ricinum. Secundã speciẽ lathyrim appellant Græci: ualde insuauis eius purgatio: sed magis periculosa est armenici lapidis euacuatio. Est enim, inquit Mesues, ex cõturbantibus et subuertentibus stomachũ, educẽdo per uomitum, & uentrem, nocet stomacho, faciens cum angustia solutiones flauæ bilis & atræ.

Cataputia minoris maliciei armenico lapide.
Mesues.

DE SILVESTRI cucumere.

CAPVT VI.

CVCVMEREM anguinũ, uel siluestrẽ, uel erraticum Latini: sycinagrion uero Græci uocant. Elateriũ utriq; medicamentũ ex fructu factũ, solo fructu à satiuo differt, quem minorẽ multo habet, & glandibus oblongis similẽ, & est ueræ amaritudinis: & elaterium extremè amarũ secundũ Galenum. Mesues ait cõplexionis siccæ in tertio, & Gal. dicit parũ calidũ in secundo ordine. Modũ faciendi elateriũ late explicuit Diosc. quẽ ab eo facile discere potes: modus autẽ Mesue mancus, ac cõcisus nimis est: educit per uomitũ & per uentrẽ. Paulus scripsit quòd euacuat ut scamoniũ, quantitate trium obolorũ tritũ cum lactis cothyla. Et dicit Diosco. q̃ trahit bilem & pituitã: educit materias quæ sunt in iuncturis: & ut scribit Diosco. ualet difficulter spirantibus. Et dicit Gale. radicẽ abstergere, discutere, mollire, & ueteres, ut scribit Diosc. Theophrastus ducẽtũ annis seruatũ testatur: quò uero uetustius eò esse melius dixit Pli. Dosis secundũ Mesuẽ eius succi à decẽ granis. Diosco. integrã mensuram dicit esse obolum, minimã semiobolum, maiore copia periculosum. Est elaterium (ut scribit Habix) acutum

Elateriũ fit ex cucumere siluestri.
Modus faciendi elaterium secundũ Diosco. facilis, secũdũ Mesuen concisus.
Cucumer siluester quo uetustior, eo melior.
Dosis.
Habix.

acutum, multo plus quã Colocynthis, & amarũ plus ea, ducit mẽses, & fœtus in utero necat appositũ. Forte & periculosum est Elateriũ. Fortior illo est lapis, quẽ Stellatũ siue Lazuli aut Cyanæũ uocãt, quicquid asserat Manardus uir alioqui doctißimus, qui ut Leoniceno cõtradiceret, plura de stellato lapide cõtra rei ueritatẽ asseruit, eo enim lapide, ut affirmat, expertus est. Abluat Manardus lapidẽ Lazuli si uelit. Edat & cõfectionem Alchermes si placet, quod & Arabes omnes consulent, sed de hac Campegius nõ sumet. Non apud se habebit pillulas illas de Lazuli lapide, nõ confectionem illam non diuinã, sed potius demoniacã Alchermes. Remittemus igitur lapidẽ Lazuli, quẽ stellatũ appellat, Armenũ lapidẽ & similes laruas syluestres illas rus, unde uenere. Experiẽtia enim infit Manardus, scio quòd si bene abluatur multũ iuuat. Sed ego certè scio quòd qualitercunq; abluatur, si sumatur à Christicola, multũ nocebit, ac tandẽ lædet plurimũ. Est enim perniciosus, ac ut perniciosißimum uenenum, non Leonicenus solus, sed & ueri Christiani medici hũc lapidẽ formidãt. Cucumeris syluestris siue asinini Bezaar est uncia una succi mentæ. Et secundum Razim est lac recenter mulsum cum butyro potum.

Lapis Lazuli fortior Elaterio.

Manardus vellicatur.

Confectio demoniaca Alchermes.

Manardus nõ tenetur.

Veri christiani medici lapidem Lazuli formidant.

Bezaar cucumeris asinini.

## DE CYCLAMINO, quã antiqui Rapum siue umbilicum terræ & aliqui Arthanitam uocant.

### CAPVT VII.

ARTHANITA, ut scribit Dioscorides, in dulci aqua pota pituitã & aquas per inferna trahit. Mẽses eadem pota cit & apposita. Fertur q; si pregnans mulier

mulier Cyclamini radicem transilierit, abortum fieri. Abortũ facit Cyclamen.
Adligata prægnãtibus partus adiuuat. Bibitur & in uino cõtra uenenata omnia, aduersatur eadẽ serpẽtiũ iniurijs emplastri modo imposita, uino addita ebrietatem facit, umbilico, pectini, & coxendici succus idẽ ille illitus, aluum mollit, uerũ abortũ facit. Lienes eadẽ minuit emplastri modo imposita. Emẽdat præterea adusta sole, capilliq; defluuia quas Alopetias dicunt, fouentur decocto eius etiam utiliter luxata, padagræ, perniones & quæ fiunt in capite ulcera. Solutione, infit Mesues, educit phlegma muscilaginosum. Et ut infit Dioscorides, pota cum hydromelite pituitam educit & aquam, & aluum mollit, & aborsum facit. Cyclamen & panis porcinus & Buchormariẽ pro eadẽ specie ab autoribus accipiuntur. Natura eius calida & arida in principio tertij ordinis, & est incisiua, subtiliatiua, calefactiua, resolutiua, abstersiua, mundificatiua, obstructionũ aperitiua, & pituitæ uiscosæ solutiua. Accidẽtia cõsequẽtia assumptionẽ nimiã eius, sũt accidẽtia mali agarici & ellebori similia. Eius cura secũdũ Cõsiliatorẽ sunt drachmæ 2. Baccarũ lauri concassatæ datæ in potu. Et eius Bezaar est piper albũ tritũ ad pondus duarũ drachmarũ cũ aqua mellis. Dosis eius (infit Mesues) ab aur. 2. usq; ad drachmas 4. & maxime succi eius. Et secundum omnem modum administrationis cõfert duritiei splenis & aliorum apostematũ & scrophulis. Et miscetur inquit Galenus his, quæ tubercula, strumas, omnesq; durities discutiũt, multaq; alia potest, sed hos præcipue, quod cũ uino bibitur cõtra uenena omnia, ut iam dictũ est secundum Discor.

Arthanita prægnantium partus adiuuat.
Arthanitæ uires.
Dioscorides.
Natura cyclaminis.
Cura accidentiũ cõsequentiũ assumptionẽ nimiam Arthanitæ.
Petrus Aponensis.
Dosis.

## DE AGARICO.

### CAPVT VIII.

AGARICVS, ut ſcribit Dioſcor. naſcitur in Gallatia Aſiæ Ciliciaq́;. Sed nõ ſolum in Cilicia ac Gallatia, ſed etiã in Gallia noſtra Allobrogica, circa urbiculã, quã Galli Briãſonem appellãt. Agaricus albus & leuis medicina eſt familiaris, & ſi inter medicinas benedictas alibi poſuerim, & maxime in noſtra officina. Quia tamen niger & grauis uenenoſus eſt & perniciosus, ne pharmacopolæ unum pro alio accipiant, nunc inter medicinas (ob nigri perniciem) reponemus. Habet Agaricum aſtringendi uim, calefacitq́;, facit et ad tormina (ut Dioſcorides ſcribit) cruditates, rupto conuulſoq́; obolorũ duorum pondere. Daturq́; in febre cum mulſa aqua. ubi febris abſit cum mulſo. Datur utiliter drachmæ põdere iocinoroſis, ſuſpirioſis, ſuffuſis felle, inteſtinorum torminibus: renum, cum urinæ malo aliquo doloribus, quos Nephritim uocant, urinæ anguſtijs. Datur & tabidis, cum paſſo, lienoſis cum aceto mulſo. Siſtit Agaricũ ſanguinis excreationes trium obolorũ pondere cum aqua ſumptum. Facit & ad coxendicis articulorumq́; dolores, & comitialẽ morbũ pari pondere cum aceto mulſo ſumptũ. Aluum unius alteriuſ'ue drachmæ põdere cum mulſa aqua potũ purgat. Aduerſatur præterea uenenis drachmæ põdere in diluta uini potione datũ. Serpentũ ictibus & morſibus põdere triũ obolorũ cũ uino potũ egregiè ſuccurrit. Omnibus in uniuerſum interioribus uitijs accomodatũ eſt, pro uiribus & ætate ſumentiũ datũ, alijs cũ aqua, alijs cum uino, alijs cũ aceto mulſo,

Agaricus leuis, albus, rotũdus bonus.

Agaricus niger & grauis perniciosus.

Vires Agarici boni.

Agaricus febriẽti detur cũ mulſa aqua.

Laudabilis Agarici virt⁹.

Doſis agarici.

mulso, alijs cũ mulsa aqua. De forma Agarici ac eius origine nõ curamus, siue in truncis, ut communis habet lectio arborũ, ut meliores codices radicum. Diuersitatem hanc fecerunt nõ satis noti quondã Agarici natales, asserẽtibus alijs radicẽ esse, alijs arboribus fungorum modo adnasci. Sed omnibus pẽsiculatis dicimus Agaricũ bonũ & laudabilẽ, album, leuem, rotundũ, uelociter frangibilem porosum & rarũ. Calidus est in primo, aridus in fine secũdi. Educit materias ex iuncturis. Dosis apud Mesuem est à drachma una usq; ad duas. Dioscorides obolorum duorum pondere data ad rupta, cõuulsa, tormina, & cruditates, drachmæ pondere hepaticis, Asthmaticis dysenteriæ, tres obolos sanguinis excreatui & comitialibus, ad aluum purgandã unicam uel duas drachmas.

Origo Agarici.

Agaricum calidum in primo, Aridũ in fine secundi.

## DE HERMODACTYLIS, CAPVT IX.

SERAPION sub hermodactyli uoce uno & eodem capite, Colchicon & Ephemeron, Dios. necnõ Paulus Hermodactylũ cõprehendit. Serapionẽ & Auicennam ueluti suos duces secutus Mesues alium lõgum, alium rotundum hermodactylũ scripsit: seq; de rotũdo, quasi meliore, sermonem habiturum, aperte Galeno repugnans, qui de Ephemero scribens, non de eo, quod Colchicon alio nomine dicitur, uenenumq; est, & radicẽ habet rotũdã, scripturũ se dicit: sed de eo quod iris syluestris uocatur, foliaq; & caulẽ habet lilio similia, radicẽ longam nõ rotundã, imitatus Dioscoridẽ, qui cũ de Colchico tãquã de ueneno scripsisset, de Ephemero scribit, q radicẽ unam

Plinius. unam digitali craßitudine & longã. Sed & Plinius lib. XXV. Ephemerũ eodẽ fere Dioscoridis modo describẽs, inter medicinas enumerat, & similiter libro. XXVIII. Colchicon inter uenena reponit. Nõ usq; adeo tamen nominibus fidendũ, ut Colchici nomine uenenum, nomine Ephemeri tanquã ueneni fit mẽtio, ut Gale. utrũq;, Ephemeron uidelicet & Colchicon eodẽ nomine Ephemerũ uocauit nostrum hoc, quod hermodactylum uocamus. Hæc si uera sunt dicere possumus (infit Manardus uir inter medicos doctißimus) nõ tutum esse hermodactyli huius nostri usum, quẽadmodũ scripsimus lib. I. Castigationm nostrarum, cap. LIIII. Securius igitur est ab eo penitus abstinere. Præsertim quia nõ est ea radix, quæ ab antiquis in articularibus morbis, tãtopere cõmendatur. Siquidẽ Paulus seorsum de ea sub hermodactyli noĩe scribit, cũ de utroq; Ephemero ꝓpria scribat capita. In cõibus Galeni exẽplaribus græcis latinis ue Caput de hermodactylis nõ legitur. Reliquamus igitur hermodactylũ, Colchicõ ac Ephemeron Arabibus. Pœnis & Mahumetanis.

Confundũtur Colchicum Ephemeron & hermodactyli.

Manardus doctissimus.

Vsus Hermodactylorum euitandus.

Paulus.

In cõibus exẽplarib9 Galeni caput de Hermodactylis nõ legitur.

## DE IREOS.

## CAPVT X.

VARIARE in iride flores scribũt Græci. Alios enim candidos, alios pallidos, alios luteos, alios cyaneos, alios purpureos esse, nõ tamẽ ex hisce florum coloribus, species eius distinguit Dioscorides, sed ex radicis potius colore, quẽ in Illyrica esse subrussum dicit, in Lybica candidũ. Valet ad splenem radix eius pota cũ aceto, & ad dolorẽ capitis cũ aceto rosaceo. Dosis eius, inquit

Dosis ireos.

inquit Mesues, à drachmis duabus usq; ad sex. Dioscorides dat drachmas septẽ, cũ aqua mulsa. Paulus uero octo obolos dicit purgare ut Agaricum, modo nõ sit antiqua aut perforata. Latini nostri Florẽtinã laudãt cũ careant Illyrica, secundo Gallicam, si careãt Florẽtina. Natura eius est calefacere, extenuareq;, tußi utilis, purgat crassa & biliosa põdere drachmarũ septẽ cũ mulsa aqua, somnum cõciliat. De Iride scripsimus in Officina nostra, capite de Diairis Salomonis, ad quã lectorem mittimus, si per ociũ licet. Hæc de medicinis fortibus, quas Neoterici eradicatiuas uocãt, satis sit dictum, à quibus caueas quãtum poteris. Nã ut Galenus. IIII. Aphorismorũ cõmento. XLI. ait, Purgatio augmẽtat defectionẽ uirtutis. Et primo de regimine sanitatis infit, Pharmaciæ calidæ sunt & aridæ, & ex quibus exiccantur carnes & attenuantur corpora. Et Libro III. de simplici medicina distinctione IIII. capite IIII. Inter unamquanq; medicinarum solutiuarũ & unumquẽq; humorũ proculdubio est aßimilatio. Sed nõ cõsequitur eam necessario, ut non sit ei permixtum aliquid de uirtute interficiente. Nocent præterea medicinæ fortes & exoluentes stomacho & cordi. Vide igitur Lector cãdide quã malè ac perniciosè fortes medicinæ sint. Quapropter Plato in Libro de uniuerso ex mente Pythagoreorũ infit. Tertia cõmotionis species tunc demũ, cũ summa cogit neceßitas utilis, aliter uero nullo modo sanæ mentis hominis suscipienda medicorũ illa purgatio est, quæ Pharmacis id est solutiuis medicinis fieri solet. Morbi enim, nisi periculoßimi sint, Pharmacis irritandi non sunt. Hæc ille.

Natura eius.

Officina Gallica.

Galenus.

Ab eradicatiuis & fortibus medicinis cauendum.

Platonis verba in libro de vniuerso contra medicos nostri tẽporis qui Arabes in sequũtur.

# LIBER IIII.

## DE AROMATIBVS QVAE fragrãtis odoris species sunt, pigmentorum quæ habẽtur apud Indos, Nux myristica, Piper, Cinamomũ & similia. Apud uerò Gallos, Libanotis, Saluia, Ocymum, Amaracus, & similes herbæ.

## DE MEDICINIS CORDIALIbus, quæ inter Aromata numerantur.

### DE LIBANOTIDE, QVAM Rosmarinum dicunt.

### CAPVT I.



LIBANOTIS herba in Gallia odorem thuris habens. Rosmarinus latinè appellatur. Et ut Columella scribit succus eius regiũ morbum pellit, & uisum exacuit. Omniũ cõiter (inquit Dioscorides) cõcisa herba & emplastri modo imposita hæmorrhoidas sistit, sedis inflãmationes lenit, condylomataq́; & strumas, nec facile maturescentes abscessus maturat. Purgãt uiscera oximelle siccatæ omnium radices, Torminibus medẽtur & cõtra serpentium morsus cum uino utiliter bibũtur. Menses & urinã trahunt. Comitialibus & uetustis pectoris uitijs succurrit. Sudores idem cit ex oleo inunctũ. Vitiligines exterit acerrimè aceto mixtũ. Columella de cibarijs apum rusticæ disciplinæ decimo: Post hæc, inquit, frequẽs sit incremẽti maioris surculus, ut Rosmarinus. Et paulopost. Nã sunt etiã languẽtibus remedio Cythisi tum deinde Casiæ atq; pini & Rosmarinus,

Rorismarini uirtus.

rinus, hæc trita & cũ aqua ſparſa per ædes pulices nigellos necare dicitur. Habẽt Indi ſuũ Cinamomũ, habent & Galli ſuũ Roſmarinũ. Valet cinamomũ contra debilitatem ſtomachi & nouas fiſſuras labiorum, cõtra corruptionem gingiuarum, cõtra Syncopem, ac cardiacam paßionẽ, ſuperfluitatem oculorum ſiccat, obſtructiones aperit. Valet & Roſmarinus Gallicus contra ſyncopem ac cardiacã paßionem cum uino potus. Cõtra frigiditatem ac debilitatẽ cerebri eius cum mero decoctio. Contra ſtomachi debilitatem ualet, ac digeſtionem confortat & procurat. Matricem mundificat, & ad concipiendum mulierem præparat.

Roſmarinus ęquiparatur Cinamomo.

In Cardiaca valet Roſmarinus.

## DE OCYMO GALLICO.

## CAPVT II.

OCYMVM à celeritate naſcẽdi ex Græco ſibi nomen uendicauit: odore nõ improbatur. Durat per Autumnũ, mãmis illitũ lactis prouẽtum extinguit, Capiti uero cum roſaceo cephaleã tollit. Et ut Dioſcorides inquit, claritatẽ oculorũ efficit copioſior ocymi cibus. Aluũ idẽ mollit, inflationes facit, urinã cit, lac prouocat, & ægrè in ſtomacho mutatur. Oculorũ caligines abſtergit ocymi ſuccus, eorũq; deſtillationes exiccat potum ocymi ſemen, quibus atra bilis nocet. anguſtijs urinæ & inflãmationibus accomodatũ eſt. Olfactu per nares attractũ, copioſa excitat ſternutamẽta. Si à Scorpione uulnerãtur, incolumes euaſêre, qui ocymum comederũt. Habẽt & Indi ſuũ Garyophilon piperis granis ſimile. Aduehebatur odoris gratia nũc & cibi, ut piper. Galli uero

li uero ſuũ ocymũ, aliquãdo odoris tantũ gratia, eo utebantur, nunc uero & cibi ac cõdimenti utuntur. Conferunt garyophili cardiacæ paßioni, confert & ocymum non ſolum cardiacæ, ſed oculorum caligines abſtergit, & quibus atra bilis nocet, confert.

Ocymum noſtrũ eſſe poteſt garyophilon.

## DE AMARACO quem Dioſcorides Parthenion uocat.

## CAPVT III.

PARTHENION inquit Dioſco. ſunt, qui amaracum, qui camœmilũ, qui campeſtrem florem appellant. Amaracus herba ab Amaraco nomen habuit, qui puer regius cũ odorifera geſtaret unguenta caſu lapſus fracto uaſculo in herbã mutatus eſt, quã aliqui ſanſucũ, Romani perſam uocitant. Ex hac unguentũ odoratũ & oleum fit amaracinum. Aulus Gellius: nihil cum fidibus gracculo, nihil cũ amaracino ſui. Lucretius, poſtesq; ſuperbos ungit amaricino, & foribus miſer oſcula figit. Parthenion ſiue amaracus, inquit Dioſco. coriandro folia ſimilia habet, tenuiaq;. flores per ambitũ candidos, in medio luteos odore uiroſo herba eſt, & guſtu amara. poteſt ſicca in aceto mulſo unione addito ſale pota epithimi modo bilem & pituitam per inferna trahere: prodeſt eadẽ ſuſpirioſis, & his, quos atra bilis uexat. Datur bibẽda utiliter herba ſine folijs calculoſis, ſuſpirioſisq;: fauentur decocto eius inſidentes fœminæ contra muliebrium locorũ duricies, & inflãmationes. Et præter hæc ſacris ignibus inflammationibusq; emplaſtri modo cum floribus imponitur. Triplex inuenio, inquit Hermolaus,

Amaracus.

Triplex parthenion.

laus, parthenion: unum folio coriandri, quæ amaracus à Galeno, & parthenion à Dioscoride nominatur, uulgo matricaria: alterum folio mercurialis, ut Diosco. etiam scribit, siue plantaginis, & marubij, ut Plinius, quæ dicitur helxine. Tertium folio ocymi, quæ parietaria & muralis uocatur. Sunt qui & mercurialem ipsam parthenion quoq; dicũt uel helxinẽ, ut Diosco. in Myosotide scriptum reliquit. Verum & hæc sententia Barbari repugnatores habet suos: & sunt qui falsum existimãt, ex similitudine floris, quæ est matricariæ, cum chamæmilo. Sed siue matricariã pro altera specie capiamus, hoc est pro parthenio: ut Hermolaus credidit: siue aliã herbam quàcunq; similem chamæmilo: certe eas esse consimilis prope effectus necesse est. Matricaria herba absynthij et centaureæ uires habet: & uel comesta, uel uentri cataplasmata, uentris etiam tormina discutit. Ante accessionem in uino cocta, & comesta febrẽ depellit, pellit menstrua, uermes & urinam.

## DE SALVIA.
## CAPVT IIII.

SALVIAM latinè nostri, qui nũc sunt herbarij, græcè elelisphacon nominãt, mẽtæ haud dissimilẽ, canã & odoratã. Paralyticis prodest: dolorẽ dentium ex uino imposita minuit: & contra serpentũ morsus exhibetur. Hanc cum artemisia alligatã, qui habet uiator, lassitudinem sentire itinerariam negatur. Artemisia ipsa ab Artemide dicta est, siue ab Artemisia regina, cum prius Parthenis uocaretur, quæ omnibus fœminarum malis medetur.

Elelisphacos, id est saluia.

Artemisia prius Parthenis.

medetur. Saluiam elelisphacon Diosco. appellat. Bibitur ad ciendã urinã foliorũ ramorumq; eius decoctũ: menses & fœtus idẽ trahit: pastinacæ marinæ ictibus succurrit: capillũ denigrat. Vulneribus utilis herba est, cõpescendo sanguini apta, purgat ulcera: quæ ab asperitate theriode, id est ferina Græcè uocatur: finit genitaliũ prurigines foliorũ ramẽtorũq; saluiæ cũ uino decoctũ, si eo abluantur. Habeant qui ditiores sunt nucẽ quã Græci myristicã uocãt, quæ stomachũ cõfortat, expellit uẽtositates, odorẽ oris facit bonum: ad ea omnia ualet saluia nostra.

Saluiæ proprietates.

Nux myristica siue muscata saluiam nostram refert.

## DE CROCO.

## CAPVT V.

CROCO medici in pharmacijs & plurifariã, & coqui in pulmentarijs utuntur: huic Crocus adolescens, ut mythici fabulantur, in eã mutatus nomen imposuit. A quo iam ad hortos, in quibus bulbo radicis seritur, per canedium transcamus. Natura crocus, ut Dioscо. scribit, mollit, etiam leuiter adstringit, urinã cit, & amabilem coloris bonitatẽ facit. Arcet idem crapulam, cum passo potus, inungitur contra oculorum distillationes, sistitq; eas ex humano lacte inũctus: uenerẽ stimulat, sacrorũ ignium inflammationes inunctus leuat, aurium remedijs utilißimus est: miscetur & his quæ fœminis priuatim ad locorum suorum, & in utroq; sexu sedis uitia subijciuntur, & illiniuntur. Croci præterea bulbosæ radices urinam cient cum passo potæ. Miscetur præterea utiliter potionibus contra intrinsecas. Plinius in medicina croco tribuit, ut succurrat stomachi exulcerationibus,

Crocus cordialis.

Croci vires.

Plinius.

bus, pectoris, et renum, iocinoris, pulmonũ ueßicarumq́; peculiariter. Nosq́; ex frequentiore uſu, croci in medicina noſtra ætate id magis probauimus: relinquimusq́; peritioribus cogitandum. Vtamur´ne eo in cibis potius, ut obſonia coloret, an ut concoctionẽ adiuuet. Miſcetur cibis ſapore ut zinziber uim habens aromaticam. zinziber in Arabicis Trogloditicisq́; pagis naſcitur. Parua eſt herba, radice cãdida, celeriterq́; cariem in tanta etiã amaritudine ſentiente: hinc condiunt eam multi cũ melle, ſaccharo´ue, in uaſculisq́; reponunt, & Gallis ac Italis tranſmittunt. Miſcetur cibis ſapore, ut crocus, utimur ut concoctionẽ adiuuet, ut crocus, miſcetur cibis ſapore zinziber: ſtomachum & pectus confortat ut crocus. Vterq́; pituitoſis conuenit paßionibus.

Crocus ſit noſter zinziber.

## DE SERPILLO. CAPVT VI.

SERPILLVM, quod Græci Herpillon, à ſerpẽdo nomen accepiſſe autor eſt Marcus Varro, rei ruſticæ tertio. Eſt enim herba folijs ramuſculisq́; per terram ſerpentibus, imprimis odorata. de qua meminit Vergilius in Bucolico ludicro, de teſtili intinctũ faciente ſic ſcribens: Allia ſerpillum, atq́; herbas contundit olentes. ad medicinam efficatius ſilueſtre, in aceto decoctum frontiq́; & temporibus illitum cum roſaceo capitis creditur ſedare dolores. Duplex, inquit Dioſcorides, ſerpillum eſt, hortenſe alterum, odore amaraci, & coronaria herba, à ſerpendo nomen inuenit. menſes potum trahit, & urinam: facit ad tormina, rupta, cõuulſa,

iecoris inflammationes, serpentesq; potũ & illitũ. capitis dolorẽ sedat, addito rosaceo decoctum, mox cũ aceto inspersum: confertq; præcipue ueterno & phrenetidi. Sedat & sanguinis uomitus, pondere drachmarũ duarũ potus cũ aceto succus eius. Serpillũ fragrãtis est odoris, & moschus Gallicus dici potest. Moschus calidus est & aridus, sic & serpillũ calidum & aridũ in secundo ordine: cõfortat cor ut moschus, ac mẽbra animalia, & cerebrum corroborat ut moschus, ac sodæ antiquæ cõfert.

Serpillum moschus dici potest.

DE SATVREIA, siue saturea, siue thymbra.

CAPVT VII.

SATVREIA fragrantis odoris est herba, quã Tymbram, aliqui Latinorũ Culinã Satureiam uocant. diuersam credit Columella: hæc campo Troiæ uicino, ut aiunt, nomen imposuit: per quẽ fluit Thymbræus, ut refert Strabo: & thymbræi Apollinis, haud longe templũ fuerat à campo sic appellati. Pompeius à monte Troiano dictum existimauit. Saturea autem ipsa uenerẽ emortuam suscitat in cibis sumpta. Vnde ex Græco, ut quidã uolunt, nomen sibi uendicauit, quasi satyrea: ut satyri in uenerem proni, et salaces: noscitur (ut scribit Dioscorides) & satiua satureia agresti in cunctis minus efficax, in cibo tamen utilior: propterea quòd nõ adeo efficaci acrimonia et asperitate est. dici potest satureia Gallicum malobathron, odoris similitudine: multa siquidem sunt satureiæ in odore similia: qualia sunt nardus montana, & phu. Verum non sic se habet de malobathro. Nasciturq; in Indiæ lacustribus locis malobathrõ. Nihil aliud

Strabo. Pompeius. Dioscorides.

aliud quàm folium in aquis. Malobathro cadē omnia po test satureia: uerū efficatior ad omnia satureia: Malobathri tamen uis ciendæ urinæ aptior, satureia stomacho magis accōmodata est. Sed quis malobathron nostro seculo cognoscit? Ego toto uitæ meæ tempore uix unicum uidere folium potui. Malobathri ad Satureiam comparatio.

DE THYMO.

CAPVT VIII.

Notus cunctis thymus est: nascitur petrosis & sterilibus locis præcipue: potestq; (inquit Dios.) cum sale & aceto potus, per inferna pituitā ducere. Suspiriosis, & in difficultate spiritus, nō nisi recta ceruice spirantibus, opitulatur thymi cum melle decoctū: pellit idē alui lūbricos, mēses, secūdas, & fœtus: habet & ciendæ uim: mixtus præterea melli thymus in eclegmate, excreabilia facit pectoris uitia. Nouos idē corporis humores ex aceto emplastri modo impositus, discutit. Concretos sanguinis grumos disijcit: ulcera sui nominis & uerrucas tollit. cōtra coxēdicis dolores cū polēta ex uino utiliter imponitur. Hebetibus oculis in cibo sumptus opitulatur: utilis etiā pro cōdimēto ī sanitatis usu. Thymus rectè inter ea, quæ uirtutē calidā simul austeramq; sortita sunt. Thymi vires.

DE MENTA.

CAPVT IX.

Herba notissima est menta: cuius odor animū, & sapor auiditatem in cibis excitat. mētæ nomen, inquit Plinius, suauitas odoris apud Græcos mutauit: Mentæ odor animum sapor ei[9] auiditatē in cibis excitat. Plinius.

cum alioqui myntha uocaretur: hedyosmo illi nomen est: mentã uero existimant dictã à nomine mynthes, quã ferunt pellicem Plutonis à Proserpina deprehensam in mentã deformatã fuisse: calefaciendi, adstringendi, siccãdiq; uires habet. Sanguinẽ (ut Diosco. ait) ideo sistit potus cũ aceto succus eius. Rotundos lumbricos necat: uenerẽ stimulat. Singultus praeterea, uomitus & bilis profluuium, quod cholerã dicũt, sedant mentae duo tres'ue ramuli, cũ acidae punicae succo poti. Discutit praeterea abscessus cum polenta emplastri modo imposita, leniter fronti imposita dolores capitis: mammas, quae à partu tendũtur, & lactis habundantia tumentes mitigat. Contra canum morsus illinitur. Opitulatur auribus cũ mulsa aqua instillatus mentae succus, dolores earũ mitigãs. Mulieribus ante coitum genitalibus apposita, conceptus adimit. Leuigat cõfricata linguae asperitates. Coire densariq; in caseum lac non sinit, demersis in eo folijs. In uniuersum stomacho accõmodata menta est: & in condimentorum usum, multifariam recipitur.

Menta quondam myntha dicta.

Dioscorides.

Vires mentae.

## DE MAIORANA quam Graeci Sampsuchum appellant, Pythagoras Thramben.

## CAPVT X.

MAIORANA herba odoratissima, calefaciendi uim habens, & coronamentis apta: bibitur decoctum eius contra incipientes cutem subire aquas, urinae & angustias & tormina. delẽt (inquit Diosco.) siccata folia ex melle emplastri modo imposita sugillata, quin etiam apposita, menses trahunt: & contra scorpionum

ictus

ictus ex aceto & sale imponuntur: imponũtur & luxatis cum cera coacta, & contra tumores: illiniuntur praeterea cum polenta contra oculorum inflammationes: eorumq; tumores, eodem modo miscentur. Praeterea acopis malagmatisq; ad excalefaciendum. Maiorana inter herbas aromaticas, fragrantis est odoris: calefacit & arefacit in tertio ordine: resoluit & subtiliat, si Galeno credimus. Caputpurgium ex ea confert doloribus capitis ex atra bili procedẽtibus, & cerebri uẽtositati, & obstructiones aperit illius: & cõfert epilepsiae ob eã causam, paralysi, & torturae oris, ac emicraneae: attrahit humiditates malas à cerebro: & oleum ex ea factũ, confert ad omnia iam dicta.

Maioranae virtus.

Caputpurgiũ maioranae.

## DE RVTA. CAPVT XI.

RVTA apricis locis & siccis, cinere uult nutriri, ut Strabo et Plinius tradidere: gaudet & umbra fici, ut Auicenna Hispalensis scriptum reliquit: quoniã eius radices indigent calore, ut est apud Aristotelem in proble. peculiaris est illi autoritas, propter uenena, quibus remedium exhibet praesentaneum: unde & mustellae contra serpentes dimicaturae, ruta se muniunt. Rutam ualde hominibus salutarem, testantur tot antidota medicorum, quae de eius nomine gloriantur: è quibus unum non inutile ponam, repertum in Aegyptia Iouis ciuitate Diospoli, atq; adhuc Diaperganon dictum: quod stomachum excitat, digestionem accommodat, aluum mollit, biles extenuat, uitia pectoris, lateris, iecoris, ac re-

Plinius. Strabo. Auicenna.

Medicamentũ singulare.

num mitigat. Accipe rutæ uiridis, cymini, piperis, singulorum uncias sex, nitri uel loco eius salis tres. Cyminum uero prius in aqua maceretur, deinde torretur & uniuersa tunsa & cribrata melli optimo mixta subiguntur. CN. Pompeius uictoria Mithridatica in sanctuarijs regis manu ipsius Antidoti Synthesim inuenit. Ex duabus nucibus siccis, ficis totidem, & rutæ folijs uiginti simul tritis, mica salis addita, quod ieiunus si quis sumpserit uenena eo die innocua experietur. Nec minorem nobis opem & cõtra uitia corporis præstat. Aceto enim & oleo rosato mixto mirificè dolorem capitis auertit, & inflationem coli. Idem matricis omniumq; interiorũ statim mitigat cum butyro & oleo decocta & iniecta. Ad lumbricos uero necandos utile est bibisse cum Ruta incocta est. ignes sacros cum aceto & oleo rosaceo, & cerusa temperata illico extinguit. Item datur succus eius & ante accessionem bibendus contra febres cum frigore ueniẽtes ante paroxismum. Idem instillatus succus auriculis efficit ut contingat audire. Nocumenta rutæ sunt quòd uentrem inhibeat, genitale semen extinguat, infantes in utero necet. Facit enim hæc non ipsa, sed qui uirtutis eius obliti nec modum nec tempus aspiciunt: & ideo temperare prudentis est, ut de auxilio non fiat uenenum. Plures etenim uirtutes medicinales ipsa sola ruta habet quàm omnia Indorum habeant aromata. Habeant Arabes, habeant & Indi, Pœni & Aegyptij sua aromata, suum Moschum, Cinamomum, Caryophilum, habeant suam myristicam nucem. Sint in officinis nostrorum pharmacopolarum Zinziber, Piper, macis, cubebæ,

Medicamen theriacale.

Proprietates multas habet ruta.

Succus rutæ contra febres.

Nocumenta rutæ.

Ruta est temperanda.

Ruta plures habet virtutes quam oĩa Indorum aromata.

tubebæ, cardamomius, modo non inuideant Gallis suam uindemiam, id est Rosmarinum, laurum, mentam, maioranam, rutam, & similes Gallorum plantas. Rutam furtiuam fertilius putant prouenire, sicut apes furto substractas pessimè: eiusdem quoq; fruticem pluribus annis durare, nisi mulier, quæ in mẽstruis profluuio sanguinis sit eum tetigerit, & ob hoc inaruerit.

## DE BOGLOSSO HERBA seu Borragine.

### CAPVT XII.

BOGLOSSVS siue ut alij Buglossa & satiua est (quam Borraginem triuiales uocant) & syluestris: latini ab asperitate linguã bubulam utranq; appellauere. calida est & humida, cardiacis auxiliatur in cibo sumpta, sanguinem purgat & hilaritatem inducit: flores eius in conditura & medicina peculiarem gratiam habent. Ipsa uero in uino deiecta animi uoluptates auget, hinc Euphrosinum Græci dixere quasi lætificantem. Euphrosine lætitia, & Euphrosia exultatio. Et si Buglossa non sit aromatica, quia tamen cordialis est, inter aromata posuimus.

Borrago vera est buglossa.

Euphrosine.

## DE ISOPO VSVALI.

### CAPVT XIII.

DE ISOPO, quod uocatur Asce, ita scribit Mesues. Dicũt quidã quod est isopus ortensis, & dicunt alij quòd est una ex speciebus origani. hæc ille. Dico ego, nomen ipsum modusq; loquendi ostendũt ignorasse

Ignorantia Mesue.

Mesuen de qua re scriberet. Tu autẽ scias uoluisse eum loqui de Thymo re non obscura, utpotè, quam dicit Dioscorides ab omnibus cognosci. Isopus hortẽsis calida & arida in secunda mansione, ut scribit Mesues. Galenus calidam in tertio ordine ponit. Solutione educit pituitã cum oximelle & sale trahit pituitas, ut scribit Plinius, & crassos humores, & secundum Dioscoridem edi potest cum ficis ad aluum subducendam, fortiusq; purgare mixto Cardamomo, aut Iride. Valet & tußi cum ficis aqua & melle, peripneumonicis, asthmati, catharro: & si cum melle lingatur, fit optimum gargarisma anginæ, cum uino resoluit apostemata dura & phlegmones. Dosis usq; ad manipulum integrum, & secundum Mesuen ad drachmas decem.

Isopus.

Isopi vires.

DE SINAPI.

CAPVT XIIII.

De SINAPI non quia de genere aromatum nec fragrantis odoris species habeatur, sed quia ad diuersas ægritudines ualet, aliqua dicemus. Pythagoras inter ea, quæ propter uirtutem & efficaciam laudat, primum Sinapi locum aßignat, cuius naturã uult esse Thermaricam, hoc est coloratam Lepticam, quæ quod inueniet, extenuet: Epyspasticam, quæ quod cõprehẽdat, aduocat. Merito ergo uirtus eius omnis est tantis insinuata indicijs tanquam numerosis corporis uitijs præstet auxilium. Sensus acuit, aluum mollit, urinam ciet, menstrua imperat, calculos frangit, caput purgat, nunc gargarizatum, ut pituita großior profluat, nunc admotum

Inter Aromata, & si nõ sit, reponitur.

Pythagoras primas Sinapi tribuit.

Thermatica Leptica. Epyspastica.

Vires sinapis.

admotum naribus ut sternutamento strictura soluatur. Stomacho contra omnia querelarum genera succurrit, suspiriosis pitineata dissoluta hauriendi aëris præstat meatum. Serpentium ictibus & scorpionum cum aceto tritum illinitur, nec inutilis cibus est cõtra uenena fungorum, positum extrinsecus cutem ui caustica exulcerat. Raro medicis ad huiusmodi remedia uenientibus, quã pene intolerabilem suscitat ustionem, necnon nisi in magnis & uetustißimis caußis tam sæua tormenta subeunda sunt. Sed hoc genere tormenti humor capitis auertitur, qui cæcitatem oculis cõminatur, quiq; stomacho aut pulmoni acer instillatus letaliter ad pthysim præstruit, & coxæ dolorem per uesicas & pustulas digerũtur, & splenis tumor soluitur, ac iocinoris indignatio relaxatur, & hydropicis minitãs humor tã nõ reuersurus hauritur. Aiunt & Lythargos excitari si pedes eorũ simul tritis Sinapi & ficu arida perfricẽtur. Nunc interim de succo locuti sumus, qui specie exprimitur admixtis, scilicet nũc aqua, nunc melle, si usus exigit. Est & alius qui caule colligitur, hic cum expressus fuerit lacteam facit guttam utilem dentibus si in dolore illiniatur. Fitq; elegans ex eo Antidotum sicut docuimus. Semine Sinapis, eiusdemq; radicibus in musco datur uitijs faucium, stomachi, capitis, oculorum, potioni modo statuto quãtum manus plena concludit. Fitq; ex Sinapi oleum semine infuso lumborum doloribus & neruis torpentibus necessarium. Sed hoc mirum quod legimus, piper & Sinapi integra si deuores uentrem non excalfacere. Si trita excalfacere.

Contra serpentes valet.
Sinapis vim habet causticam.
Ad multa valet Sinapis.
Duplex sinapis.
Oleum ex Sinapi.

## DE SPICA GALLICA, SIVE Celtica, quam nũc Lauendulam uocant.

## CAPVT XV.

Lauẽdula florem cœruleũ habet.

*NARDVS celtica colorẽ habet & florẽ inter purpureum & cœruleũ, ubiq; in hortis Galliæ nascitur. à Liguribus et Genuatibus Lauendula nominatur indito à Genuatibus illi, ut credimus nomine, quoniã magnum genti illi uectigal herba hæc sit. In Aphricam quotannis eam ferẽtibus mercatoribus, ubi lauãdis fouendisq; corporibus, in balneis Lybes ea utuntur, nec nisi decocto eius abluti, domo mane egrediuntur. Idem simul nascentem coniunctamq; illi uirosi & hircini odoris consimilem herbam nullam se nouisse retulerũt. Quo fit, ut peritioribus censendum relinquamus, an celtica Dioscoridis nardus ea sit, quam Genuates celticam spicam & lauendulam dicunt. Prodest inquit Dioscorides celtica iocinoris inflãmationibus, suffusis felle, & stomachi inflãmationibus cum decocto absinthij pota. prodest eodem modo & lieni, renum uesicæq; uitijs, & cũ uino contra ea: quæ ictu morsu´ue uenenum sumpserũt. Lauẽdula Gallica resoluit & fortificat. Contra sincopim & cardiacam passionem ex frigida causa. Fiat eius decoctio cum uino odorifero, addita aqua rosarum & detur patienti. facit somnũ, & sedat sodam quando emplastrũ fit cum ea supra frontẽ. Aqua decoctionis illius pota, nephreticis comitialibus, & attonitis cõfert. Odor tamen eius grauat caput & facit somnum. Aqua eius distillationis è floribus cõfert apoplexiæ. Et ad præseruandã apoplexiã potest sic fieri aqua. Accipe florum spicæ celticæ siue*

Aphri ex lauẽdula corpora mundãt, ac hircinũ virosum tollũt fœtorẽ.

Dioscorides.

Spicæ celticæ virtus.

Aqua spicæ celticæ contra apoplexiam.

ſiue Lauendulæ uncias.2. ſpicæ nardi croci ſingulorum drachmas.2. diſtemperentur in libris.2. aquæ roſarũ per diem unum, & poſtea diſtilletur & ſeruetur, & cũ uti uolueris, accipe paulatim cum cocleari. Eſt lauendula calidæ & aridæ cõplexionis. Ex ſpica celtica poteſt fieri puluis cordialis ad ægritudines iam dictas, ut ſic. Accipe ſpicæ celticæ ſiccæ uncias.2. Croci gallici drachmas 2. limaturæ cornu cerui drachmã.1. margaritarum lotharingarum drachamam 1. & ſemis: fiat puluis: capiat aliquando ſcrupulum.1. cum aqua roſarum, uel cũ brodio carnium. Et poteſt fieri forma opiatæ addẽdo mellis gallici uel ſacchari quãtum oportet, poteſt fieri & ſyrupus ex eius decoctione cum melle uel ſaccharo, poteſt & fieri aqua cordialis diſtillando cum uino albo. Et eſt alia nardus montana apud Dioſcoridem, & hanc Cilicia gignit & Syria. Eſt & alia quam ruſticam nardum appellat Dioſcorides, alij Aſarum, Galli baccharẽ, quæ Coronaria eſt herba, & odorata: hederæ folia habet, longe tamen minora rotundioraq́;, flores purpureos. Calefacit & urinam cit. Ideoq; ſubeuntibus cutem aquis accõmodata eſt, utilis & diutinis coxendicis doloribus, ducit menſes cum mulſa aqua. potæ radices eius pondere drachmarum.7. purgant ueratri albi modo. Miſcetur unguentis Aſaron. Naſcitur umbroſis mõtibus, plurimũq; in Ponto. In Gallia, Phrygia, Illyrico, & in intimis Italiæ montibus. Eſt & alia nardus Indica, alia uero Syriaca. in Indica Gangitis altera dicitur à Gange flumine inuenta appellatione: uocatur & nardus alia quædam admodum breui & decurtato frutice. Nouem ſpecies

Puluis cordialis.

Dioſcorides.

Aſſarabacchara.

Aſari proprietas.

nardi ſpicæ ſunt, quas nardũ Indicã Plinius repræſentã re exiſtimat, & omnia nardi genera herbæ ſunt præter Indicam, ut ample ſcripſimus in Libro noſtrarũ caſtiga tionum cap. VIII. ad quem lectorem mittimus, ſi per ocium licet. Dico tamen Celticam nardum eam eſſe, quã Genuates Lauendulam dicunt, ac nuper à Bartholomeo

Argenterius doctor medicus.

Argenterio Aſtenſi inſigni medico ſum in ſententia confirmatus. Hic enim his diebus cum ad me curandæ meæ filiæ gratia ut Collega, ac amicus frequenter accederet, meq; reperiret hæc ipſa de Celtica nardo ſcribẽtem, miro quodam ingenio Galeni mentem cum Campegiana mente coniunxit. Poſt hæc autem puluerem cordialem ad diuerſas ægritudines in hũc modum compoſuit, quem ab inuentoris nomine Argenterium puluerẽ nuncupauit.

Puluis Argenterius cordialis.

Accipe nardi Celticæ ſiue Lauendulæ uncias. 2. ſaluiæ ſiccæ maioranæ ſingulorum unciam unam, florũ libanotidis unciam dimidiam, puluerizentur omnia ſimul, & fiat puluis. Ex illo puluere poſſunt fieri electuaria, ualet contra ſerpentum morſus cum uino potus, mẽſes et urinam trahit, ſtomachũ corroborat. Cardiacæ paſsioni confert, uetuſtis pectoris uitijs ſuccurrit, ac uentoſitates expellit.

LIBER

# LIBER V.

## DE ARBORIBVS AROMAticis & cordi amicis.

### PROOEMIVM IN QVINTVM LIBRVM.

### CAPVT I.



RBORES in maximo precio habuit rudis illa ueterũ antiquitas, habent & arbusculæ propria numina. Ioui deorũ ut dicebant maximo Aesculus, Apollini Laurus, Mineruæ Olea, Veneri Myrtus, Herculi Populus, Plutoni Cupressus, Baccho Vitis, & Cybeli siue Pani pinus dicatæ sunt. Quin & Syluanos faunosq; syluis dedit antiquitas, & Driades hamadriadesq; nymphas adfinxit. In hortis autem ponendæ sunt arbores & ad uoluptatem & ad fructuum utilitatem, quarum culturam Enmolpus Athenis primus osten dit. Sed quoniam plurima earum sunt genera, ita ut uix numerari poßint, omißis quæ conuenire in medicinis nõ uidentur de quibusdam Aromaticis, quæ in Gallia nascũ tur & quidem breuiter dicemus.

Syluani. Driades.

Enmolpus Atheniensis.

### DE LAVRO.

### CAPVT II.

LAVRVS Apollinis est arbuscula propter Daphnẽ quã amauit in ea deformatã siue quod spectatißima nascitur ĩ Parnaso. Eusebius Pãphilus scribit

Apollinis arbuscula Laurus.

eam Soli dicatam, quoniam ignea est: unde odio maxime à dæmonibus habetur, siue quòd plurimũ sonat, si utatur, quòd prædicendi artem designat. Diuinationis autẽ deus à poëtis Apollo existimatur: Ianitrix quoq; Cæsarum est & Pontificum, triumphisq; dicata, coronam capite & ramusculũ tenẽtibus manu triũphantibus: & præsertim è Delphica, qua & Delphis coronabãtur ui-

Cato. ctores: unde nomẽ. Nam Cato genera duo fecit, hanc & Cypriam: Pompeius leuens adiecit, quam mustacem uocauit, quòd mustaceis eius folia subijcerẽtur. Sola arborum fulmine non tangitur: hanc contra fulmina ferunt Tibe-

Tiberius Cæsar. rium Cæsarem tonante cœlo ea coronari solitum. In lauro quædam tenuiore, quædam latiore folio est, calefacien-

Lauri vires. di utraq;, & molliendi uim habet: quam ob causam decocto earũ muliebriũ locorũ & uesicæ uitia utiliter insidentibus fouentur. Adstringunt (inquit Diosc.) uiridia utriusq; folia leuiter, prosunt concisa eadem: mox illita Vesparum Apiumq; ictibus, cum pane itidem polẽta´ue illita, inflãmationes leniũt. Eadem deuorata stomachum mitigant: uomitiones tamẽ cient. Maiore calefaciendi ui, quàm folia lauri baccæ sunt: ob id concisæ ex melle passo´ue in eclegmate, contra tabem, quam pthysim dicunt, in spiritus difficultate, non nisi recta ceruice spirãtibus, & in pectus distillationibus utiles. Bibuntur cum uino eadẽ

Ad multa prodest laurus. contra scorpionum ictus: uitiligines exterunt, & expressus ex eis succus doloribus, grauitati, & incertis auriũ sonis cum uetere uino & rosaceo utiliter instillatur: miscetur idem acopis, & unguentis, quæ calefaciẽdo & discutiendo sint: frangit calculos radicis utriusque

eius

eius lauri cortex, fœtus in utero necat, iocinorosis prodest, trium obolorum pondere cum uino potus.

## DE OLEA.

## CAPVT III.

OLEA ex cuius baccis trapeto preßis utilißimus olim liquor educitur: ĩ hortis seri potest, & maxime colliuis: hunc honorem dedere Romani, & turmas equestres idibus sextilis, & in minoribus triũphis ouantes coronando. Athenæ quoq; ex oleagina fronde uictoribus coronas proposuere. Græcia uero in olympijs oleastro coronauit. locum ubi consitæ fuerint, oliuctũ appellabimus. Optimum in sanitatis usu, ex immaturis oliuis expressum oleum est, quod & omphacinum, id est acerbum, dicunt. Excellitq; in eo bonitate, quod nouum, odoratum, & in gustu nulla mordacitate est. Vtile & hoc conficiendis unguentis. Stomacho præterea quod astringit accõmodatum, gingiuarum tumores reprimit, dentes, si ore contineatur, confirmat, & sudores compescit: quò uetustius, & pinguius, eò medicinæ utilius. Calefacit cõmuniter omne oleũ, aluum mollit perfrictionibus, bonam præterea facit aluum, datur & contra letalia uenena. Sic ut cõtinue bibatur, & uomitionibus reddatur. Purgat idem heminæ unius pondere pari ptisanæ succo, aut aqua potum. Datur idem contra tormina utiliter in calida potione ruta in eo cyathorum sex pondere. Ventris lũbricos pellit. Clystere idem funditur: præsertimq; ileosis. Vetus maiore ui calefaciendi, discutiendiq; est: inungũtur ad claritatem, eo etiam oculi. Hæc à Dioscoride scripta sunt. Quod autem ex oleastro factũ fuerit,

Oliui liquor.

Omphacinum oleum.

Clyster ex oleo.

oleum maiore adstringendi ui in sanitatis usu secundam habet probationem & laudem.

## DE CVPRESSO.

## CAPVT IIII.

Plutoni sacra cupressus.

CVPRESSVS natu morosa, Plutoni sacra habetur: & ideo funebri signo ad domos defunctorum illam posuere maiores: Petronius in satyris. Gaudet ferali circum tumulata cupresso. In hanc Cyparissus Siluani delitiolum mutatus dicitur in fabulis. odore non improbatur quamuis uiolento, cariem & uetustatem non sentit. Nux autē eius (conum quam uocitāt) in aceto decocta, dentiū tollit dolores. adstringit cupressus (inquit Diosco.) & refrigerat. bibuntur folia eius utiliter cum passo, & exigua myrrha, contra destillationes in uesicam & urinæ angustias. Bibuntur pari utilitate etiam tusæ eiusdem arboris pilulæ, cum uino contra sanguinis excreationes, intestinorum tormina, fluores alui, in spiritus difficultate non nisi recta ceruice spirantes, & tussim: potest idem & earum decoctum. durities molliunt cum fico tusæ, polypis in naribus medentur. Scabies pellunt ungues in aceto decoctæ concisæq; additis lupinis, intestinorum ramices illitæ compescunt. Possunt idem & folia, glutinant uulnera etiam concisa & illita folia: sanguinem eadem sistunt, concisa, ex aceto capillos denigrant: illiniuntur etiam per se, & cum polenta sacris ignibus, ulceribus quæ serpunt, carbunculis, & oculorum inflammationibus: cerato præterea admista stomachum imposita confirmant.

Petronius.

Cupressi vires.

DE IVNI

## DE IVNIPERO.
## CAPVT V.

IVNIPERVS arbuſcula in harenoſis frequens: naſcitur coma uirens perpetua. Vnde fit ut topiario operi impenſius idonea habeatur: durat & eius materia diutiſſime incorrupta, quippe quæ ſenectam curioſam non ſentit. Quod oſtenditur ex templo Dianæ è Zazintho aduectæ, anno ducẽteſimo ante excidium Troianũ, in quo, Plinio aſſerẽte, ex authoritate Bocchi, adhuc durant trabes ex iunipero. Huic Carthaginenſis Hannibal indutus religione pepercit. Duplex iuniperus, ut Dioſcorides ſcribit, maior altera, minor altera. Maiorem itidem ſunt, qui agreſtem cupreſſum uocẽt. Acris utraq; eſt, calefacit & extenuat: utraq; etiam urinam cit: incenſæ ſuffitu ambæ ſerpentes fugant, earum fructus alterius ponticæ nucis, alterius fabæ magnitudine conſpicitur rotundus: in commanducando odoratus, & leniter amarus, qui iuniperi bacca appellatur, mediocri calefaciendi & adſtringendi natura: qui ſtomacho etiam accõmodatus ſit: potuſq; ad uitia pectoris, tuſſim, inflatiões, tormina, & uenenata faciat. urinam idem etiam trahit: quapropter conuulſis, ruptis, & muliebrium locorum ſtrangulationibus confert. Folia illita potaq;, & ea & earum ſuccus cum uino uiperarũ morſibus ſuccurrunt. Cortex præterea crematus, & ex aqua inunctus, lepras pellit: cauenda tamen ligni ramenta, hauſta enim letalia ſunt.

In harenoſis locis naſcitur iuniperus.

Dianæ tẽplũ.

Hannibal.

Dioſcorides.

## DE MYRTO.

## CAPVT VI.

Veneri sacra myrtus.

MYRTVS Veneris existimatur arbuscula: hinc myrtea dicta, quæ nũc Murtia. Liuius, ad murtiæ datæ sedes. Peregrina est, ut refert Plinius, primum in Helpenoris tumulo, ut inquiunt, uisa: loco piperis hac ueteres usos, ante piperis aduentum memorant: nam odorem illius reddit: medicinæ utilior satiua nigra myrtus quàm candida, & in eo genere multo magis montana. Semen tamen infirmius est. Adstringendi (inquit Dioscorides) uis & myrto & semini est. Daturq; semen uiride, pariter & siccum in cibo, sanguinem expuentibus, & contra uesicæ erosiones. Stomacho & ciendæ urinæ accomodatus, phalangiorum morsibus, scorpionumq; ictibus, idem in uino utile. Denigrat capillũ seminis decoctum: ulceribus in extremis membris illitum medetur. Imponitur præterea oculorũ inflammationibus, lenitq; eas, procidentibus fœminarum locis, & sedi muliebribus fluctionibus insidentibus medetur: fluentem capillum cohibet. Folia ipsa concisa, & ex aqua illita humidis ulceribus prosunt: prosunt & sacris ignibus, testium inflammationibus, condylomatis, & his quos à serpendo herpetas dicunt: sudoresq; in cardiacis cohibent: prosunt & in omnes corporis partes distillationibus cœliacisq;, additis acerbo oleo, exiguo'ue rosaceo aut uino.

Plinius.

Dioscorides.

Vires myrti.

LIBER

# LIBER VI.

## DE ODORATISSIMIS FRVctibus & malis omnibus.

### QVAE MALA POMA DICANTVR. CAPVT I.



Que tenui cortice poma.

MALA poma dicuntur, quæ tenui cortice, ut mandi etiã poßit, obducta esui sunt: licet duriore inter ea sunt tantũ granata. Infinita penè in malis est ludentis naturæ uarietas: tã multa eorũ genera, tot colorũ differentias, tot figurarũ discrimina, tã uarios saporũ odorumq; sensus, et maturitatis tẽpora in uno hoc pomo sagax omniũ artifex natura ostendit. Nam cõplura uidemus genera: granata, citrea, limonia, coctana: à pomis pomona dea. Poma autem ipsa quòd potu indigeant, quòd uicem potus præbeant, seruantur per hyemen loco frigido & sicco contabulato.

### DE CITRO NARANTIIS & lymonibus. CAPVT II.

CITREA mala odoratißima, ut scribit Oppius, in Perside omni tẽpore generãtur: alia enim præcarpuntur, alia interim maturescunt. Vne Martialis in Xenijs. Aut corcyræi sunt hæc de frondibus horti, Aut hæc maßyli poma draconis erant. Interiecta uestibus tineas arcere creduntur: inde uestis citrosa. De citreis autẽ malis & medicis, quæ uulgo, ut quidã tradidere, narãtia uocantur, eadẽ ferè dici poßunt, quantũ ad pomi naturã: & magis mensæ priori cõueniũt: nam cũ carnibus tostis

ut etiã oliuæ ponũtur, nisi fuerint melle cõdita. Medica Persica, quæ à Romanis (inquit Diosco.) citria uocãtur, oĩbus nota: semen habent pirorũ seminibus simile, quod in uino potũ uenenis aduersetur, & aluũ deijciat. Citra corticis sunt calidi in primo, & aridi in fine secundi. Caro autẽ calida in primo, & humida in secũdo: caro difficulter cõcoquitur, & pituitã grossam gignit: semẽ pestẽ arcet, mẽstrua agit: ipsorũ acidũ flauã bilẽ plurimũ deijcit. Perhibent aliqui q; si nocte quispiã utatur, obliquos efficere oculos, cõtortamq; aciem uisus. De lymonio scribit Galenus 7. simpliciũ. cap. 69. sic. Lymonum fructum austerũ existentẽ cum uino dant cyliacis, dyssentericis, & sanguinẽ spuentibus: iuuat autẽ & fluxũ muliebrẽ. Hæc Gale. Acetositas eius ad frigiditatẽ & humiditatẽ tendit cum quadã ariditate, feruorẽ, acuitatem & malitiam flauæ bilis reprimit: nocet tamẽ membris neruosis: quapropter cum saccharo sapientes comedunt.

Dioscorides.

Vires citri.

Galenus.

## DE GRANATIS siue punicis malis.
## CAPVT III.

APYRINA mala dicũtur granata, siue punica quibus lignosus nucleus abest: sed candidior his natura, & blandiores acini, minusq; amari, & membranis distincti. Seneca ad Lucilium, Sic imperturbatus, sapiens dicitur quomodo apyrina dicuntur, nõ quibus nulla duritia est granorũ, sed quibus minor. Punica autem à regione nomen sibi uendicant. Flos balaustium dicitur, & medicinæ idoneus: granis autẽ pressis, uinum educitur, quod Græci rhoiton nominarunt. Est boni succi malum

Seneca ad Lucilium.

lum punicum, & stomacho accõmodatum omne malũ est (ut scribit Dioscorides) idem tamen non nutrit. Stomacho utiliora, quæ in punicorum genere dulcia sunt: in febribus tamen uitanda, quòd stomacho calorem aliquem afferunt & inflant. Quæ acida sunt, stomachi ardoribus prosunt, maioresq; ad reprimendũ uires habent, & ad ciendã urinam efficaciores: eadem ori ingrata, gustum astringunt. Vinosa medias habent uires: acidorum acini in sole siccati, cũ obsonijs concocti, inspersó ue triticorum puluere, aluum & in stomachũ destillationes sistunt: ijdem cœlesti aqua madentes, sanguinem expuentibus, utiliter bibuntur: quinetiam insidentibus contra intestinorum tormina, & fœminarum fluctiones prosunt. Vtilißimum præterea, quod expressum, ex punicorum acinis fuerit, addito melle, contra oris, genitalium sedisq; ulcera, utile & contra digitorum pterygia, quæ pascendo serpunt, excrescentias, dolores aurium, & narium uitia: in quos usus præfertur omnibus, quod ex acidis expressum fuerit. Punicorum uero flores, quos Græci priuatim cytimos (nos balaustia) uocant, & ipsi adstringendi, siccandi, reprimendiq; uim habentes, cruenta glutinant uulnera, omnibus quibus & mala accõmodati. Decocto eorum mobiles utiliter colluuntur dentes, & sanguine humentes gingiuæ. Ad continendos intestinorum ramices, ijdem cataplasmatis utiliter adduntur. Ferunt quidam nullam oculorum lippitudinem sensurum eo anno hominem, qui quantumuis exiguos tres punicæ flores deuorauerit. Exprimitur hypocistidis modo ex floribus punicorum succus punici mali

Dioscorides.

Acida mala.

Vires granatorum.

Balaustiæ.

Hypocistidis succus.

cortices prӕterea, quos priuatim aliqui malicorium dicũt, eadẽ adstringẽdi ui quam habent, cunctis quibus & flores accommodati sunt. Radicum punicӕ decoctum, Lumbricos latos pellit potum, & enecat.

## DE MALIS CYDONIIS siue Cotoneis.

## CAPVT IIII.

CYDONIA poma cotonea à Cydone oppido Cretӕ, quod Samij, teste Herodoto, condidere, nomen mutuantur. Plinius his proxima amplitudine mala quӕ uocamus Cotonea, & Grӕci Cydonia ex Creta insula aduecta. Serenus. Aut quӕ poma Cydon Creteis misit ab oris. Tria eorũ genera sunt, ut refert Columella, quorũ chrysomela incisuris distincta colore ad aurum inclinato, unde & nomen adepta. Strutea, quӕ minora odoratius uibrant serotino prouentu. Mustea uero prӕcocia, quӕ nunc Melimela, ut tradit Varro, à mellis ut opinor sapore. Martialis. Dulcibus aut certant, quӕ melimela fauis. Neoterici nana mala ex arborum breuitate nuncupant. Nã Grӕci nanos breuis corporis homines uocant. Latini pumilos & pumiliones, qui nunc in delitijs principum fiunt, si haberint (ut Astrologi somniant) Horoscopum in quarto gradu scorpionis ut scribit Firmicus in octauo. Posui ipse in hortis meis insulӕ Barbarӕ apud Lugdunũ huius pomi frequẽtes arbusculas, admiratus naturam, quòd non solum gallinulas, caballulos, mulas, pumilas, & homunciones, sed etiam inter arbores nanorum genera produxerit. Hinc legimus Chamedaphnes, Chameplatanos, & quasdam alias breuitate spectabiles. Sunt prӕterea syluestria è struteis parua odoratissima

Plinius.
Serenus Samoniacus.
Genera tria Cydoniorũ.
Columella.
Martialis.
Astrologorum somnia.
Iulius Firmicus.

ratissima

ratiſsima in ſepibus naſcẽtia. Cydonia ſtiptica ſunt, hinc dyſenteriæ, & cœliacis, ut Dioſcorides teſtatur, impendio conferunt. Ad hoc condimentum fit in ſaccharo decoctis. probantur à Dioſcoride, quæ uera Cotonea ſunt, talia autem quæ parua, rotunda, odoratiſsimaq; erunt. Quæ ſtrutia uocant, grandiaq; ſunt minus utilia. Virides ſicciq; arboris flores Cataplaſmatis utiles, ad ea quæ adſtringi oporteat, & oculorũ inflãmationes. Bibuntur ijdem cum uino cõtra ſanguinis excreationes, alui fluores, & menſium abundantiam. Quæ uero à ſapore mellis in malorũ genere Melimela dicuntur, aluum molliũt, uentris lumbricos pellunt, ſtomacho nocent, ſiticuloſa æſtuoſaq; ſunt. Eadem à quibuſdam facto à malis & dulcedine nomine Glycymela uocantur. Dioſcorides.

## DE MALIS PERSICIS. CAPVT V.

PERSICA dicta, quòd è Perſide fuerũt aduecta, duracina præ cæteris in precio ſunt, his corpus ligno adheret, auelliq; nequit, cũ in reliquis facile ſeparetur. Plinius in x v. Sed Perſicorum palma duracinis, nationum habent cognomen Gallica, & Aſiatica. Poſt Autumnum matureſcunt, æſtate præcocia intra x x x. annos reperta, & primo denarijs ſingulis uenundata, & mox pomũ innocuũ expetitur ægris, preciũq; ſingulis iam triceni nũmi fuere, nullius maiore. Eſt &. nitidioris corticis, quod nuciperſicum uocant. Perſica ut ſcribit Dioſcorides, ſtomacho accõmodata ſunt matura, bonam faciunt aluum, acerba aluũ aſtringunt, ſiccata, maiores adhuc in aſtringendo uires habent. Quinetiã ſuccorum

Plinius.

Quo tempore matureſcunt.

Nuciperſicũ.

Dioſcorides.

decoctũ in aluum & stomachũ destillationes haustum sistit. Quæ uerò inquit Dioscorides, in hoc genere mino
Armeniaca. ra sunt, & Armeniaca paßim dicũtur. à Romanis uero præcoqua, prædictis stomacho magis accõmodata. Deci piũtur profectò Medici nostri temporis, & quicũq; illis astipulãtur, existimãtes persicorum generi Armeniaca
Plinius naturę rerum indagator. adscribẽda. De quibus Plinius subtilißimus naturæ rerũ indagator hæc scripsit. Necnon ab externa gẽte Armeniaca, quæ sola & odore commendantur. Et paulo post. Nuper ĩ Bætica malina appellari cœperũt malis insita, & alia amygdalina amygdalis. His intus in ligno nucleus amygdalæ, nec aliud pomũ ingeniosius genitũ est. Sciendũ est Socratẽ in cõmentario de reptilibus & serpẽtibus testari persicã, quã Rhodacineã dicũt (hac uoce autẽ Græci Persica nũc etiã appellãt) ex Aethiopia in
Ex Æthiopia in Ægyptum Persicum. Aegyptũ translatã fuisse. Et Rholus Democriteus in cõmentario Persas ait letalẽ arborẽ habentes in Aegyptũ misisse, credẽtes perituros ab ea multos, sed utilẽ cõtrario euentu illis profuisse, protulisseq; suauißima poma, qualia nũc uidẽtur. Plura alia uidemus & maximè alia,
Genera pomorum. tam apud Italos quàm Gallos, pomorũ genera, ut sunt, Apiana, Rubiginosa, Deciana, Septiana rotũda, petisia paruula, sed odoris eximij. Rosea omnibus nota, & paradisea, quòd in omnibus paradisis, id est hortis inseri debeãt, si non primas saltem secundas partes inter mala sibi uẽdicãtia & odoris & saporis suauitate. Colligen-
Collectio pomorum. da post æquinoctiũ Autumnale, neq; ante XVI. lunam, neq; ante primã horam, & caducis à cæteris manu lectis seiugatis sunt reponenda. nunc de malis satis. De

prunis

prunis nihil dicemus: ſunt tamen multa uariaq́; prunorum genera, quorum in primis laudãtur tria, Damaſcena, Amygdalina, & Armeniaca, de quibus fecimus paulo ante mentionem. Apud Lugdunẽſes ſunt alia odoratiſsima, ut Aſtenſia, Perdigona & Regia, de quibus alibi ſcripſimus de Ceraſis, Ziziphis, Moris, Meſpilis, Sorbis, Piris, Caryotis, Vuis, Dactylis, Pincolis, de quibus ſcripſimus amplè in Roſa noſtra Gallica, ad quam Lectorem mittendum conſulo, ſi per ocium licet. Genera prunorum.

# LIBER VII.

## DE CONDIMENTIS ET Oleaginoſis liquoribus.

### DE MELLE.

### CAPVT I.



MEL APES contrahunt ſuccum dulciſsimum, ſubtiliſsimum, ad multa condimenta optimum, medicaminaq́; neceſſarium: corpora putreſcere non ſinit, cum purgandi ſimul & conſeruandi uim habeat, ut eſt apud Dionyſiũ Areopagitam. unde Babylonij defunctorum cadauera in melle ſepeliebãt, ut refert Herodotus. & Apicius cocus carnes, ut ſine ſale diu durent melle contegit: mala quoq;, Pira, Pruna, Ceraſa, ut diutule incorrupta habeãtur, cũ petiolis in melle ſeruãda præcipit. Eſt melli uis & natura, ut Dioſcor. inquit, exterere, aperire, & humores in ſummũ proritare. Ióq; ſordidis ulceribus utiliter infunditur, Decoctum idem Dionyſius Gallorum apoſtolus.

&

Vis & natura mellis.

& impositū solutas à cōtinuitate sua carnes & hiantes glutinat. Sanātur impetigines decocto cū liquido alumine melle inunctæ. Sanātur eodē & pedū claui. cōtra incertos auriū sonores doloresq; cū trito foßili sale tepidū instillatur. Pediculos & lēdes inūctu necat. purgat quæ claritati oculorū officiūt. Medetur & fauciū uitijs mel, tonsillis & anginis, in quem usum gargarizatur, & eo colluunt os. Idem urinā cit, Tußi & serpētum morsibus prodest. Valet & cōtra fungorū maleficia, & rabidi canis morsus. Bibendū, aut in Eclegmate deligendū datur. Crudum tamē omne mel inflat, aluū & tußim proritat: ob quā caussam despumato uti oportet. Primā habet mel Vernū bonitatis æstimationē, secundā Aestiuū, Hyemale, quia craßius ideo deterius ceragini faciendæ aptius. Mella primus ostēdit Aristæus Atheniēsis, ut Plinius autor est. Ouidius, à Baccho mella reperta ferūt. Itē, Liber & inuēti præmia mellis habet. Alij inuētionē Thessalis, alij Melisso Cresorū antiquißimo Regi aßignant.

Plinius. Ouidius.

## DE OLEO.

## CAPVT II.

OLEVM ab olea, oliuum ab oliua nomē mutuatur, utrūq; frequēs apud poëtas. Oleū & Trapetes primus Aristæus Atheniēsis inuenit. Palladi nonnulli olearū, oleiq; educēdi inuentionē dederūt. Nam ante huius Deæ ortū erat hæc arbuscula cū alijs syluestribus immixta, oliui usus aberat cū esset ignota. Hæc olei exprimēdi modū, ut scribit Diodorus. hinc Silius, Inuēto primā Lybiem perfudit oliuo. Stomacho, quod adstringit, accōmodatū est. Et ut Dioscorides scribit, Gingiuarū tumores

Palladi sacra olea.

mores reprimit, dentes sites, si ore contineatur, confirmat, & sudores compescit: quò uetustius & pinguius eò medicinæ utilius. Calefacit communiter omne oleum, Aluum mollit perfrictionibus & gelicidiorū noxis aduersatur, promptius & expeditius ad agendum corpus reddit. Bonam præterea facit aluum, exulcerātium medicamentorum confusum illis maleficia & uires hebetat. Datur & cōtra letalia uenena, sic ut continue bibatur. Datur idem contra tormina utiliter in calida potione ruta in eo decocta, Cyathorum sex pondere, uentris lumbricos pellit.

Vis & natura olei.

## DE OLEO Nucum Raphani & Rapæ.

## CAPVT III.

E NVCIBVS iuglandibus fit oleū quod Carynum nominãt, alopetijs utile est, tarditatiq; auriū infusum. Cæterū sapore graui. Vnde apud Lotharingos esculentis non miscetur, sed loco illius butyrū comedūt: apud Lugdunenses esculentis miscetur, ac cū illo pisces præparant, & etiam in lucernis funiculum nutrit ardentem, ueluti & quod è lini semine, Raporum, Raphaniq; exprimitur. Ab oleo autē inter cætera fit olearia cella, in qua habetur, & olearia taberna ubi uenale exhibetur. Sunt & alia olea, ut oleum de Amygdalis, de Been, de Ciperis, de lilio, de quibus alibi dictum est.

Vis & proprietas olei nucum.

## DE BVTYRO.

## CAPVT IIII.

BVTYRVM natura oleosum ex lacte fit, & ut plurimū bubulo. Plinius, è lacte fit & butyrū barbararū gentium laudatißimus cibus, & qui diuites à

plebe discernat: plurimũ è Bubulo, & inde nomen: pinguißimũ ex ouibus. nã, ut scribit Aristoteles tertio animaliũ, Lacti inest pinguedo, quæ etiã cõcreta oleũ propè trahit. Butyrũ exiguo gustu sitim & famẽ sedat, uires cõseruat. Prodest & Tußiculæ, uenenis aduersatur.

Dioscorides. Et ut Dioscorides scribit, probatißimũ fit ex pinguißimo lacte butyrũ, tale autẽ est ouillũ. Fit & ex Caprino. Butyrũ aluum soluit copiosè potũ, & contra uenena, si desit oleũ, infantium dentiones adiuuat admixto melle, in quem usum confricandæ eo gingiuæ sunt: prodest & oris ulceribus in eadẽ ætate, quas aphthas dicũt. Infun-

Clyster. ditur Clystere contra intestinorũ tormina butyrum, & craßioris intestini, quod Colon dicunt, exulcerationem: prodest & Aspidis morsibus impositũ. Miscetur butyrũ

Quibus cõueniat Butyrũ. utiliter his, quæ suppurationes adiuuãt, præcipueq; imponitur neruorum, membranarum, cerebri, uesicæ, colli uulneribus. replet idem, purgat & carne uestit: nouum in obsonia pro oleo additur, & pro adipe in dulciaria.

## DE AXVNGIA ET ADIPE.

## CAPVT V.

Plinius. AXVNGIA adeps porcinus interior. Plinius. Axungiam, inquit, etiã Græci appellauere in uoluminibus suis. E sue quæ nõ peperit, aptißime utuntur ad cutem mulieres axũgia. Nostri hodie ex ea tessellatim concisa, & mox ad ignem in uase æneo liquefacta faciunt liquamen, quod appellant. Id exemptũ & in olla

Vnde nomen Axungia adepta. testacea conditum usui toto ferè anno est. Axungia autẽ ex eo nomen est adepta, quòd ea præcipue maiores axibus uehiculorum perungendis, ut nunc etiam Rustici ad

faciliorem circũactum rotarum, utebantur. Aruina intra uiscus & cutem dicetur pinguedo.

DE RESINIS OMNIBVS.

CAPVT VI.

MOLLIT Resina omnis, calefacit, desijcit collectiones, repurgat. Tußientibus & tabidis in Eclegmate per se, aut cũ melle accõmodata, pectoris uitia etiam purgans, urinam eadem cit, maturat, & aluum mollit, glutinandis palpebris utilis est. & contra lepras cum ærugine, attramento sutorio & nigro inungitur. Valet (ut Diosco. scribit) cõtra saniem distillantes aures, & naturalium prurigines ex oleo & melle: miscetur eadem Emplastris, malagmatis & acopis. Quinetiam lateris doloribus succurrit per se inuncta & imposita. Nascitur & liquida Resina ex arboribus picea & Teda quæ ex Tyrhenea & Gallia affertur. Eadem ex Colophone Asiæ quondam afferebatur, unde & Colophoniæ nomen inuenit. Adfertur liquida & ex Gallatia quæ ad Alpes est, quam gentis suæ uocabulo regionis eius incolæ Lariceam dicunt. Egregiæ bonitatis cõtra diutinas tusses in Eclegmate & per se. Est enim quæ candida, quæ olei & quæ mellis colore sit, qualis Laricea siue Larigna est. Nascitur & Cupresso liquida resina ad omnia eadem utilis. In siccæ resinæ genere pinea etiã est & abiegna, necnon ex Teda piceaq;. Eligito in omnibus his odoratißimam, pellucentem, nõ adeo aridam, neq; humentem, friabilem, & ceræ similem. bonitate omnes uincunt, quæ ex picea & abiete destillarunt, odoratæ enim sunt & thuris similes.

Vires & natura resinæ.

Dioscorides.

Ex Gallatia affert Resina.

Resina Cupressi.

Antecedit

Antecedit resinas oẽs alias terebinthina. Post hæc lentiscina est, quã mastichen nominãt: tum quæ ex picea destillauerit & abiegna. Post has numerantur quæ ex teda fluxit, & pinea. Quæ ex terebintho destillat resina, ex petrea quidem Arabia affertur. Nascitur tamẽ & in Iudæa, Syria, Cypro, Aphrica & Cicladibus insulis: quæ una bonitate alias uincit: magis translucida, candida, colore ad uitreũ & cyaneũ inclinato, odore terebinthi.

## DE PICE LIQVIDA.

## CAPVT VII.

LIQVIDA pix, ex pinguißima colligitur tedæ, & piceæ materia. Probatur (inquit Diosc.) splendore, leuore & puritate: facit contra letalia medicamenta: tabem quã pthisim dicunt, purulentas excreationes, tußim, suspiria, & quæ ægre ex pectore excreãtur, Cyathi pondere cũ melle lincta. Inungitur præterea contra tonsillarũ inflãmationes anginasq;, & cõtra purulentas aures cũ rosaceo: cũ trito autem sale, contra serpentum morsus. Pari ceræ eadẽ mista, scabros pellit ungues, impetiginesq; emendat, muliebriũ locorũ abscessus, & sedis durities discutit. Strumas erũpit cum farina hordeacea, & urina impubis pueri decocta. Cum melle purgat ulcera & explet: cũ passa uua melleq; carbunculos, & putrescentia ulcera scarificat & disrũpit. Quinetiam thuris pollini, & ceræ mista profunda ulcera glutinat, & carne explet: utilis itidem contra pedum & sedis rimas inuncta.

Vires & natura picis liquidæ.

HORTI GALLICI FINIS.

# ANALOGIA MEDICINARVM INDARVM ET

*Gallicarũ, in qua Gallos in Gallia omnes medicinas laxatiuas Gallis neceſſarias reperire docet, nec medicaminibus egere peregrinis:* Ad D. Ioannem *Galfredum illuſtriſsimi Calabrûm & Lotharingorum Principis cõſiliarium, ac Phyſicum clariſsimum: Symphoriano Campegio Lotharingorum Archiatro authore.*




OMMENTATIONES *in Arabum*, Pœnorum, Indorum, Aegyptiorum, *ac* Mauritanorum *errata, præclara tria noſtræ tempeſtatis excudêre ingenia:* Nicolaus *quidem* Leonicenus, Ioannes Manardus, *inter medicos noſtri temporis clariſsima ingenia.* Ille *patria* Vincẽtinus Italus, *hic* Ferrarienſis: *uterq; mediusfidius, ſi iudicium requiras meum, eruditè multa, & ſi doctè, multa ingenioſè, tum de* Latinorum, *tum de* Græcorum *hauſta fontibus in mediũ protulêre.* Tertiũ Ruellius *Gallus, uir inter iuniores medicos clariſsimus, ac* Dioſcoridis *interpres primarius. Iſti ĩ hac medicinæ parte neq; ipſis antiquis medicis ſunt inferiores, medicinarum purgantium notitiã noſtris temporibus penè impoſsibilem*

arbitrantur, quoniam prisca eorum nomina sunt nobis ignota. Apud enim Mesuen ac Serapionem quale esset Turbith, quale uerò Scamoniũ non repererunt Serapio & Mesues. Sic Dioscorides Rheon seu Rheubarbarũ ac etiã Galenus & Paulus cum Oribasio odore carere docent: & re ipsa & experimento ualde odoratam comprobauimus, & manifestum ueritati præbet experimentum, adeo ut necessario alterum concedendum uideatur, uel falsa illos scripsisse, uel hanc non esse ueram Rheon. Sed iam Galfrede clarißime ad institutum redeamus, & quod pharmaca Galliæ nostræ salubriora sint Indis, Aegyptijs, Asyanis, Persis, Arabibus atq; Pœnis, etiam rationibus aliquot confirmare nitemur, hæ cum multæ aßignari possent, tamen illa uel præcipua est, quod domi nobis nascuntur, & (ut Plinius inquit) optimus quisq; cœnat, quanquam pedibus has ignotas calcamus. Contra exotica quãtis cum periculis aduehuntur, per maria uasta, ratibus atq; nauigijs, in quibus omniũ instar ibi sunt tantũ adulterata, antiquata, obsoleta, reiectitia nothaq;. Sunt enim infinita adulterata, quibus ea gens Barbarorum imponit nobis, nisi non uera sunt quæ multis retro sæculis Plinius & Dioscorides de ijs prodiderunt. Deinde quod nec cognoscimus etiã, probata sint ne uel adulterata quæ eminus aduehuntur. Quod inde maxime palam fit. Quotus enim quisq; est nostratium, qui unquam crescere uidit turbith, scamonium, myrabolanos, thamarindos, calamum odoratum, Deniq; omnia illa, quæ hodie præcipua in officinis habẽtur. Qui si mihi Mesuen suum citabunt, qui huiusmodi suis notis pingãt turbith

album gummoſum &c. Myrrham odoratam & aromaticam, de qua in ſacris literis dicitur. In plateis ſicut cynamomum & balſamũ aromatizans odorem dedi, quaſi myrrha electa dedi ſuauitatẽ odoris. Cum tamen turbith noſtrum potius ſit adulteratũ non gummoſum, & myrrha qua utimur ſit inodorata, ſed potius fœtida, & mali & tetri odoris. Neminem nominatim perſtringam, ſed noui tamen apud Lugdunũ, ac alios diuerſarum prouinciarum pharmacopolas medicos ac cyrurgos qui cum ſe rerum naturas & formas exactiſsime callere gloriarentur, ubi allatæ fuerant, nihil cognouiſſe. Sunt qui marubium, abrotanum, Kalendulã, ac cæteras notiſsimas herbas ignorent. Experti autem medici eſt, non ex nomine tantum tenere herbam, uel quodlibet tandem ſimplex uerum etiã contrectaſſe, uidiſſe, guſtaſſe, olfeciſſeq; oportuit. Hinc enim eſt quo Dioſco. non ex aliorum narratione, ſcripſiſſe ſe hiſtoriam ſuam iactat, ſed omnia ſuis locis uidiſſe, tetigiſſeq; & tentaſſe poſtremo, quòd eſt omnium maximum, magno redimuntur quæ tranſmarina ſunt. At nos Alexandri ciri, Caroli croeſi non ſumus. Et ſtulti fuerit, Illic impenſas facere in rebus longe petitis, ubi domi habeas, quod non ſolum minoris redimas interdum etiam gratis, uerum etiam quòd naturæ & temperamẽto cõueniat plus. Ad hæc magna pars & omnis ordinis homines (ut quidam ex recentioribus ſcriptoribus inquit) exotica illa pharmaca abhorrent, & quo quiſq; ſalutis ſuæ ſtudioſior eſt, immo quo quiſq; ſanior Incorruptiorq́; uiuit, eo amplius nauſeat ac deteſtatur, uidi ego ipſe qui cum maximis ægritudinibus laboraſ-

ſent pharmaca omnia deprecabãtur. Vidi qui citius etiã perierunt quàm pilulas aut electuarium uellent glutire. Quibus ſi ſuccum alicuius herbæ Gallicæ uel radicem ꝓpinaſſes, nõ detrectaſſent. Quod dico notius eſt, quàm ut demonſtratione egeat, cum ſint hodie eorum multa in Gallia hominum millia qui mecum ſentiant. Et ut maxime donemus, acriores uires habere, quis enim inficiatur? tamen ſuas cuiq; terræ herbas ad hominum naturas contemperauit deus: nec minus Agaricus noſter Gallicus, aut manna noſtra Gallica operabuntur ſi probè adhibeantur, quàm rheubarbarũ Indum, aut manna ex India uel Arabia allata. Hæc eſt medicorum præſtantiſsime de tranſmarinis pharmacis mea opinio. Vale uirorum doctiſsime tui Campegij memor. Lugduni anno M. D. XXXII.

# ANALOGIA SIVE COMPARATIO

## CASIAE FISTVLAE AD MERCVrij herbam, quam mercurialem nostri uocant.



INOZOSTIS siue parthenion à Mercurio inuẽtus est, ut scribit Plinius. Eam apud nos omnes mercurialẽ. Aluo quidem soluendæ uel in febri decoquatur, quantum manus capiat, in duobus sextarijs aquæ ad dimidius, bibitur sale & melle admixto, necnon cum gallinaceo decoctum salubrius. Purgationis causa putauerunt utranq; dandam cum malua decoctum. Thoracem purgat, bilem detrahit. hæc Plinius lib. xxv. capite quinto. Sed postquàm ad casiæ fistulæ & Mercurij herbæ comparationem deuentum est, ex pharmacijs ac medicinis, nullam comperiemus Mercuriali herbæ in operando magis salubrem. Casia fistula calida est & humida infra omnem gradum, Mercurialis uero, ut Auerrhous scribit, calida & sicca in primo ordine, & datur inquit in principio febrium ante digestionem sicut casia fistula, purgat enim choleram & phlegma. In casia fistula, ut scribit Mesues, non est nocumentum apparens, præter quòd nocet debilia habentibus uiscera & lubrica. Mercurialis, inquit Plinius, thoracem purgat, bilem detrahit, sed stomachum lædit quãdoq;. Casia, inquit Mesues, est æqualis declinans ad la-

Plinius. Plinius. Auerrhous. Mesues.

tus caliditatis, & est humida in primo ordine & leniti-ua, clarificatiua sanguinis, & sedatiua acuitatis eius, & cholere rubee. Mercurialis, ut scribit Paulus, uentrem subducit efficaciter, & pigmenta digerit. Et ut inquit Oribasius folia moliter cocta & comesta, stercora suffi-cienter deponunt, & maxime si cum uino temperentur.
Galenus. Et Galenus lib. septimo simplicium capite. de linozostis inquit. Linozistide utuntur omnes ad uentris purgatio nes, uerum enimuero si quis eius facere periculum uolet in cataplasmate, sane admodum eam esse digerentis ex-
Plinius. perietur esse facultatis. Plinius duplicem, masculum & femellam facit lib. xxv. ubi Hippocratem miris laudibus in mulierum usu predicasse, illas scribit.

AGARICI GALLICI ad rheubar-barum Indum comparatio.

POSTQVAM ad agarici & rheubarbari com-parationem deuentum est, ex pharmacijs ac medi cinis nullas comperiemus agarico & rheubarbaro ex calidis medicamentis in curandis egris laudabiliores ac meliores. Rheubarbarum inquit Mesues, calidæ comple xionis est & aridæ in secundo ordine, agaricum uero, ut idem scribit, calidum in primo & aridum in secun-
Mesues. do. Rheubarbari uero proprietas, ut idem Mesues scri-bit, est mundificare & confortare iecur & stomachum, clarificare sanguinem, auferre oppillationes & morbos quorum est oppillatio, sicut hydropisim, & ictericiam, & craßiciem splenis, & febres oppillationum. Dosis po tio eius infusi a drachmis duobus & semis, usq; ad decẽ, & potio contriti a drachma una ad quatuor. Agaricum ut scribit

ut ſcribit Galenus ſexto ſimplicium cap. ſexto, radix eſt arboris, & uirtus eius eſt diſſolutiua & inciſiua materierum craſſarum, & propter hoc aperit oppillationes iecoris & renum, & curat morbum regium, quem icteriticiam uocant, quæ ex oppillatione fit epatis. Et in lib. ad paternianum ita ſcribit, uires habet acriter relaxantes, & uenenoſis morſibus & potibus reſiſtentes, ſic & uētrem purgat, & phlegma, & choleram deponit. Ideo nec dolorem nec uomitum facit, hæc Galenus. Rheubarbarum flauam bilem purgat, purgat & agaricum choleram ac pituitam. Recentiores medici non ad alios fere uſus noſtro æuo accommodant rheubarbarum quàm uel ad bilis euacuationem, uel ad inteſtinorum difficultates, uel ad eos q de ſublimi aliquo loco ceciderunt. Quicquid tamen ſit, non ambigenum eam prærogatiuam non habuiſſe apud antiquos inter cathartica quam nunc habet. Antiquos cum dico, Hippocratem, Galenum, Paulum ac Oribaſium, ac ſimilis ſectæ homines intelligo. Agaricum uero & apud antiquos ac recētiores authores, inter nobiliora cathartica ſemper prærogatiuam habuiſſe. Agaricum aluum unius alteriuſ ue drachmæ pōdere (inquit Galenus) cū mulſa aqua potum purgat, aduerſatur præterea uenenis drachmæ pōdere, in diluta uini potione datum, ſerpentum ictibus & morſibus pondere trium obolorum cum uino potum ægregie ſuccurrit, omnibus in uniuerſum interioribus uitijs accommodatum eſt pro uiribus & ætate ſumētium datum, alijs cum aqua, alijs cū uino, alijs cum aceto mulſo, alijs cum mulſa aqua Rheubarbarum uero, quia primo flauā bilem euacuat, noſtri

Galenus ſexto ſimplicium.

Galenus ad Paternianum.

Recentiores medici.

Hippocrates & Galenus.

medici in omni febre tertiana illud propinant. Sed quia calidi & sicci ut plurimum flaua bili ac tertiana febre corripiuntur, ob id etiam reliquis minus ut tali maxime apti, ad purgantia medicamēta idonei erunt. Præterea si Galeno credimus lib. x. Methodi. cap. v. Inedia calidis & siccis corporibus maxime noxia est, his uero qui in calida & sicca æstate febre laborāt, quæ scilicet exustione, aut labore immodico, aut uigilijs, aut comprehēsis iā animi motibus sit cōtracta, nō tātū noxiū est Rheubarbarū, sed & planè perniciosum, cū calidū sit & siccū in secundo ordine, quippe uel in febres ardentes ex eo incidunt. A quibus nisi prius mors occupet, in heticas migrāt, atq; ab his in marasmum, uel protinus ardentibus præteritis. Porro cum curatio febris tertianæ, & omnium quoq; febrium putrescentium in hoc sita sit, ut humores noxij febres faciētes euacuentur, & calor qui præter naturam inualuit expugnetur, calor autem in febre ex flaua bili causata multo humoribus noxijs maior sit, ideo in eiusdē medicatione (ut antea ex Galeni quoq; decreto diximus) Medicus magis ad contrariā qualitatē expugnandā animū uertat, quàm ut quomodolibet euacuet. Quod nō ideo dixerim, quasi in uniuersum febriētes purgatorijs medicamētis non esse tentandos putem, quando euacuatio per eadem cōmodè facta (iuxta Galeni etiam sententiam) à ratione non sit aliena. Hoc unum autē moneo, ne iterū atq; iterum adhibeatur in febre pura tertiana ac arsiua Indicū Rheubarbarum, atq; hoc pacto ægrum ad mortē uel tabem usq; perducat. Galenus enim manifestißime docet in febre tertiana id magis conari debere

Galenus. Galenus. Galenus. Galenus.

bere medicũ, ut cõtrarijs qualitatibus febrem oppugnet, quàm ut quomodolibet cum Rheubarbaro, Agarico, uel Aloë, aut Scamonia euacuet, quando euacuationes istæ subinde plus qualitate noceant, quàm expurgando prosint. Et id uoluit quoq; Cordubensis ille Auerrhous Lib. VII. sui colliget. cap. XI. Sed nemo est qui ignoret quàm omnes ferme nostri sæculi medici, Itali, Galli, Germani, ac Hispani id maxime conẽtur, ut in febribus arsiuis, ac intermittentibus, tertiana etiã syncera & exquisita ac causonica, nõ semel, sed iterũ atq; iterũ purgãtes, Rheubarbarũ Indũ propinẽt. Quàm uero erroneũ, lib. tertio nostrarũ Castigationũ cap. III. primũ Platonis testimonio, deinde Galeni ac Oribasij & Celsi, postremo ueterũ medicorũ testimonijs, ac ratione una, aut altera demonstrauimus. Ad quẽ lectorẽ mittimus, si per ocium licet.

Auerrhous. Galenus. Oribasius. Celsus.

## SAMBVCI ET EBVLI ad Aloëm comparatio.

ALOE medicaminum est arefaciẽtium tertij ordinis, secundi principia obtinens in calore. Solutione educit choleram, & phlegma, ut scribit Mesues, & mundificat caput & stomachum. In Sambuco & Ebulo, ut scribit Dioscorides, uis est refrigeratiua: siccant enim & adstringunt, refrigerantq;, & aquas ex corpore pellunt, purgant pituitam & bilem, & subeuntibus cutem aquis auxiliãtur. Prosunt & contra uiperarum morsus. Aloës, ut scribit Galenus, cõglutinat fistulas, & incarnat ulcera, & confert apostematibus quæ fiunt in ore, naribus, & oculis. Sambucus uero & Ebulus fœminarum locos insidentibus molliunt & aperiunt, & quæ eis sunt

Mesues. Dioscorides. Galenus. Ebuli & Sambuci uirtus.

mala emendant, leniunt, oculorum inflammationes folia tenera & recentia cũ polenta emplastri modo imposita. Aloës citat ac subducit aluum. Interea medicamina quæ dicuntur stercus eiectantia, estq; confirmans stomachũ, Medicamen si ullum aliud ut scribit Mesues. Ebulus uero & Sambucus citant pariter & subducunt aluum, Et ut Dioscorides scribit, prosunt & canum morsibus, Eodem modo ut Aloës cauernosa glutinantur ulcera & podagricis opitulãtur cum taurino Hircino´ue adipe emplastri modo imposita, Et ut scribit Paulus tam potæ quã etiam comestæ hydropicorum aquam subducunt ambæ.

Dioscorides.
Paulus.

COMPARATIO Indorum Myrabolanorũ ad filiculam herbã siue Polypodium & Cartamum.

Mesues.
Razes.
Auicenna.

HABENTVR Myrabolani apud Arabes, Mesuem, Razem, & Auicennam quorum uirtus frigida in primo ordine. Arida uero in secundo, uirtus autem secunda oculos fortificat, & prohibet cursus humorum ad ipsos, & est proprietas purgare flauam bilem. Confortant stomachum & conferunt atrebili, & mundificant uillos stomachi & exiccant eos, & sunt quinq; species & appropinquant frigiditati cum caliditate tẽperata. Polypodium uero inquit Dioscorides bibitur ad purgandam pituitam & bilem, & ut Auerrhoi placet filicula tẽperata est, & si Auicenna calidam in secundo dicat. Est enim inquit Auerrhous temperata medicina & secura, & secundum Dioscoridem & Plinium bilem absolute & pituitam euacuat. Apud Mesuen educit cholẽram nigram. Cartamus ut Auerrhous scribit nobilis est medicina. Inter omnes medicinas purgantes, pituitam, euacuat

Dioscorides.
Auerrhous.
Auerrhous.
Dioscorides.
Plinius.
Mesues.
Auerrhous.

euacuat enim phlegma absq; timore. Sed Galenus libro quinto salubrium prefert Cartamum Aloë in soluendo aluo senum per triduum adstricta. Dimittit uestigia inquit Mesues lenitatis in uisceribus. Et ut scribit Oribasius Cartamus pituitam & flauam bilem purgat, non quidem fortiter. Serapio dicit Cartamum esse frigidum & aridum in prima mansione. Mesue uero ponit calidū in primo, & siccum in secundo. Galenus. Mesues. Oribasius. Serapio.

COMPARATIO TAMArindorum & prunorum.

TAMARINDI Syluestris palmæ fructus a barbaris Arabibus & pœnis existimantur quos officine Tamarindos nominant, & quidem a saporis acrimonia oxyphenicas algentis naturæ contra bilem flauā pollentis. Non inuenio à ueteribus Græcis qui de hoc genere quicquam prodiderit pharmacopole nostri eos adulterant cum prunis acerbis & hyemalibus, addentes cum eis acetum, & cum granis Casie fistule & illos in massam comprimentes, & sic iuniores medici, & inexperti decipiuntur à Seplasiarijs & Pharmacopolis. Loco Tamarindorum consulo accipere pruna hyemalia Gallica cum zucchαro aut melle albissimo condita ac seruata. Tamarindi inquit Mesues frigide sunt complexionis & sicce in secundo ordine, & sunt refrigeratiui & extinctiui & sedatiui acuitatum & inflammationū & ledunt stomachum. Pruna uero ut scribit idem Mesues dantur ad alterandum & ad soluēdum. Dulcia sunt inter frigiditatem & caliditatem declinant tamen ad gradus frigiditatis, & sunt humida in secundo. Et omnia

quidem sunt lauatiua, refrigeratiua, & lenitiua. Solutione educunt flauam bilem, & dantur, ut Tamarindi, in ægritudinibus cholericis, & nocent stomacho frigido ut Tamarindi, sed non adulterantur ut Tamarindi.

COMPARATIO SENE Syriaci ad Genistam Gallicam.

DE SENE nondum uidere potui quæ de illo scribuntur à Galeno, quamuis legerim apud Mesuen cap. proprio, autoritate Galeni, decoctionem eius cum iure gallorum soluere sine molestia in quantitate multa. Sed non mireris lector charissime cum de Manna ipse falsò Galenum alleget, ut amplè scripsimus libro nostrarum castigationum primo cap. XLIX. Solutione inquit Mesues educit cum facilitate melancholiam & choleram adustam. Et mundificat cerebrum, cor, iecur, & splenem, & membra sensuum & pulmonem. De Genista

Dioscorides. ita scribit Dioscorides. Genista florem luteum qualem uiolæ habent, quas Leucoia appellant. Siliquas phaseolorum modo fert, in quibus semen ceu lentis est. Bibũtur flores semenq; eius in mulsa aqua pondere oboloru quinq;, purgantq; per superna egregiè ueratri modo sine periculo. Solum semen itidem per inferna purgat. Quinetiã maceratis in aqua uirgis eius, mox tusis & expressis, cõtra anginas coxendicisq; dolores succo illo cyathi pondere ieiunis poto auxiliantur. Quidam etiam muria aut mari eas macerantes, Clystere expressum succum contra coxendicis dolores infundunt. Cruenta simul & in-

Galenus. testinorum ramenta trahentem. Hæc Dioscorides. Galenus lib. VIII. simpliciũ ita scribit capite de Sparto, id est Genista.

Genista. Sparti, quo & uites alligant, tum fructus, tum uirgarum succus, nō instrenuè trahentis est facultatis.

## DE MEDICINIS IN quibus (ut uerbis Mesuæ utar) est uenenositas.

### VERATRI SIVE ELLEBORI ad Scamonium comparatio.

SCAMONII ac Veratri uires si quis conferre uoluerit, ea non solum malicia sua in humanam naturam corrumpendo primaria, sed etiam in brutorum animalium uires dirimendas inueniet fuisse paria. Minoris tamen est maliciæ Veratrum Scamonio, ut scribit Galenus libro secundo de acutis morbis commento XII. Accidentia enim scamonij sunt defectus cordis, æstuatio fortis & febris, sitis ualida, dyssenteria, dolor uentris, syncopis. Sed accidētia ueratri, ut scribit Razes, sunt tremor cordis, ardor linguæ, eructatio, cum inflammatione, & tandem mors: Drachmæ enim duæ interimunt. Scamonium uero ultra duodecim grana occidit, ut scribit Mesues, & si Galenus & Oribasius dederint usq; ad drachmam unam, sed non est idem Scamonium apud Mesuen, & Galenum. Illud Mesuæ est Antiochenum, uel ex Corasceni, & Scamonium Galeni ex Colophone. De Veratro & scamonio amplè scripsimus lib. I. Castigationū nostrarum. ac in Officina pharmacopolarum.

### CATAPVTIAE GALLICAE AD Turbith, qui multos conturbat, comparatio.

POSTQVAM ad Cataputiæ & Turbith comparationem deuentum est ex pharmacijs euacuanti-

bus

bus nullam comperiemus magis incertam ipso Turbith. De ipso aliud scribit Serapio, & alind Mesues. Turbith secundum Mesuen ex genere est habentium lac, uerum Serapionis turbith quòd idem est cum tripolio Dioscoridis radix est odorata. Cataputia Gallica calida est in tertio ordine, humida uero in primo. Turbith Mesue caliditatem habet ac ariditatem in tertio pariter ordine calefaciētium, laxat turbith pituitam, & infert debilitatem animi. Et Abēmesuai teste debilitat stomachū, & abominationem facit, & acquirit usus eius corporis ariditatē nauseam ac æstuationem. Cataputia pariter pituitā purgat, secundo bilem flauam, tertio atram, cataputiæ fructus (inquit Galenus) abstersiuā & dyaforeticam habet uirtutem, ita etiam & flos, sed quodā modo debiliorem: triginta eius grana si bibantur & terātur, flauā bilem, atq; pituitam, ac aquosas humiditates purgant & uomitum, & fluxum uentris faciunt, & laxant stomachum forti atractione, prouocantq́; nauseam, ac uomitum.

ESVLE GALICE AD COLOCYNTHAM, QUAM COLOQUINTIDAM ARABES VOCANT COMPARATIO.

Esvla est ex speciebus habentium lac, recens mala est, nigra pernitiosa, nocet cordi, iocinori & stomacho, & disrumpit uenas, & excoriat uiscera, derelinquens inflāmationes, faciens cadere in febres solutione educit, Pituitam primo, secundo aquam citrinam, humoresq́; ex atra bili genitos. Colocynthida uero quam aliqui caprinam, alij Alexandrinam, alij uero amaram cucurbitam uocant. Ipsa pituitā & bilem trahit, fœtus

in utero enecat, ut Dioscorides scribit, uentriculo siue stomacho inimica est. Et ut inquit Mesues nocet cordi, stomacho, & iecori, & est conturbatiua subuersiua uiscerum, faciens operationes difficiles, aperiens orificia uenarum apertione sanguinem fluere faciente, & excoriat uias urine, & quãdoq; interficit, & si in arbore nascatur sola erit perniciosa, & uenenum perniciosum. Fugiant igitur Christicole Esulam fugiant & Colocyntham tanquam uenena.

FINIS.

# AD AVGVSTISSIMVM, ILLVSTRISSIMVM, AC CHRISTIANISSIMVM

Principem Franciſcum à Valeſio Francorũ Regem, Celtarũ, Belgarũ, ac utriuſq; Galliæ Imperatorem Ioannis Rainerij

EPIGRAMMA.


Pellæi iuuenis taceant præconia priſci
Hiſtorici, & Pœni fortia facta ducis.
Obſcurata iacent, ijs rex Franciſcus ademit
Magnanimus lucem, luce micãte ſua.
Francorum armipotens tu rex Franciſcus, in amplo
Pectore qui Curios Fabritiosq; geris.
Pectore Scipiadas belli duo fulmina geſtas,
Vt Cæſar uelox, & grauis ut Fabius.
Quum tamen in duros te Mars non excit in hoſtes,
Nec tuba terribilis claßica ſæua canit:
Sic Franciſce pius, ſic es quoq; mitis, ut arma
Bellica te cuncti non coluiſſe putent.
At quum ſigna trucis dat Martia buccina pugnæ,
Tu tanto arma furens impete dura quatis:
Vt te tam tumidis commotum fluctibus iræ
Inuictum Alciden uincere poſſe putent.
Nec minus igenuis excellis in artibus idem,
Palladis & Martis tu ſimul æquus honos.

* Nulli

*Nulli ſancta magis, quàm ſit tibi, pagina nota eſt:*
*Hæc de te uolitat fama per ora uirûm.*
*Olim eſt Mercurius dictus ter maximus eſſe,*
*Cui multo præſtas maximus ipſe quater.*
*Theologus permagnus, bello es maximus idem,*
*Maximus orator, maximus hiſtoricus.*
*Cui potuit melius lepidumq; nouumq; libellum*
*Hunc donare igitur quàm tibi Campegius?*
*Magnus item quater eſt, & toto notus in orbe*
*Campegius, regni gloria magna tui.*
*Theologus magnus, medicus re & nomine magnus,*
*Magnus & orator, magnus & hiſtoricus.*



# IOANNIS LAGRENI FRANCISCANI AD LECTOREM CARMEN.

Qvid iuuat extremas orbis percurere partes,
  Vt ualeas ægris ferre salutis opem?
Omnia sic posuit studio natura sagaci,
  Nulla ut sit regio dotibus orba suis.
Non eadem cunctas illustrant sydera terras,
  Nec simili radio Phœbus ubiq; calet:
Quo fit ut ingenium diuersis gentibus insit
  Dispar, nec ritus cuncti habuere pares.
Non ijsdem gaudet solem spectare cadentem
  Qui solet, & cui mox ortus Apollo micat.
Sic nec qui nimium Cynosuræ frigora sentit,
  Aut ij quos aries torridus igne coquit.
Vt uaria est uictus ratio, & clementia cœli,
  Sic & morborum non modus unus erit.
Quæq; suam hinc regio medicandi postulat artem,
  Prouidet & morbis quælibet ora suis.
Pharmaca Romulidum præbet sua terra dolori,
  Quod det opem Gallis, Gallicus hortus habet.
Scilicet hoc ueterum quidam olfecere priores,
  Quæ nunc Campegij porrigit ampla manus.
Laus sit apud Gallos, & maxima Symphoriano
  Gloria, qui primus talia dona dedit.
Hippocrates Græcis scripsit, sic Mesua Pœnis,
  Gallorum medicus Symphorianus erit.

# BAPTISTAE MANTVANI CAROLI PRAECINENTIS MAGNITVDINEM SVPER FRANCOS CARMINA.

*NEu desit Gallis ullum decus, illa per orbem*
*Clara, per Aethiopes, nigros audita per Indos,*
*Illa tuæ quibus in cœlum tolluntur Athenæ,*
*Tot Sophiæ fœcunda bonis, tot lucida claris*
*Scriptorum ingenijs: quæ tanquàm sydera lumen*
*Aeterno splendore ferunt, gymnasmata primus*
*Transferet ad Gallos.*

## MOX SVBDIT.

*Et tua de Grais migrans Academia campis*
*Ibit ad occasum, uacuasq; relinquet Athenas.*

*Quid satyricus Aquinas non peculiari apposito Gallos ornandos putauit?*

*Gallia causidicos docuit facunda Britannos.*

*Quid Lucianus ille Samosatenus in nullam alioqui gentem haud debacchari solitus, non lepido apologo ex Herculis statua Gallicam eloquentiam insinuauit? Audiamus (quæso) diuum Hieronymum in Vigilantiū: Sola (inquit) Gallia monstra non habuit, sed uiris semper fortibus & eloquentißimis abundauit. Quid Sallustius qui omnes deniq; Romanos usq; ad nostram memoriam sic habuiße, alia omnia uirtutibus suis (inquit) cum Gallis tamen pro salute non pro gloria certasse uideantur.*

# CAMPVS

ELYSIVS GALLIAE AMOENITATE REFERtus: in quo ſunt medicinæ compoſitæ, herbæ & plantæ uirentes: in quo quicquid apud Indos, Arabes, & Pœnos reperitur,

*apud Gallos reperiri poſſe demonſtratur: à Domino Symphoriano Campegio Equite Aurato, ac Lotharingorum Archiatrò compoſitus.*




LVGDVNI
IN ÆDIBVS MELCHIORIS ET GASPARIS TRECHSEL FRATRVM.
M. D. XXXIII.

# SYMPHORIANI CAMPEGII DOCTORIS INSIGNIA

*Exasticho decorata.*



*Campegio laudem quærent hæc Symphoriano*
*Signaq́; cum factis haud moritura suis.*
*Miles & est sapiens, & Apolline doctus utroq;,*
*Virtutis signa & nobilitatis habet.*
*Nec certam dicas partem quæ uincat in ipso,*
*Nobilis est medicus temporis huius honos.*

# INDEX EORVM QVAE PRAECIPVA IN HOC ANTIDOTARIO CAMPI GALLICI CONTINENTVR.

A


Aër salubris in Gallia. in procemio.
Atræ bilis digestiua. libro 1. capite 5.
Atræ bilis eductiua. libro 1. capite 10.
Apoplexiæ clysteria. libro 1. cap. 11.
Abstersiuum clystere. lib. 1. ca. codẽ.
Alterantia caput. lib. 2. ca. 1.
Alterantia pectus calefaciendo. eodem. ca. 3.
Alterantes cor. lib. 2. ca. 5.
Alterantes uentriculum. lib. 2. ca. 7.
Alterantia iecur calefaciendo. lib. 2. ca. 9.
Alterantia renes. lib. 2. ca. 12.
Alterantia matricem. lib. 2. ca. 14.
Alterantia iuncturas. lib. 2. ca. 17.
Arthanitæ syrupus. lib. 3. ca. 9.
Aromaticum rutaceum. lib. 4. ca. 2.
Aromaticum sampsuccinum. lib. 4. ca. 3.
Aromaticum libanotidis. eodem. ca. 1.
Aromaticum contra pestem. eodem. ca. 5.
Aromaticum rosatum. eodem. ca. 6.
Alabastrites lapis. lib. 5. ca. 1.
Auri proprietas. eodem. ca. 9.

| | | |
|---|---|---|
| Argenti proprietas. | lib.eodem.cap.10. | |
| B | | |
| Bilem atram digerentia. | lib.1. | ca.5. |
| Bilem flauam educentia. | lib.1. | ca.7. |
| Bilem atram educentia. | lib.eodem. | ca.10. |
| Balneum in dolore renum. | lib.2. | ca.12. |
| C | | |
| Corporis humani elementa. | lib.1. | ca.1. |
| Clysteria multa. | lib.1. | ca.11. |
| Calefacientia splenem. | lib.2 | ca.11. |
| Cyclaminis syrupus. | lib.3. | ca.9. |
| Calcidonius lapis. | lib.5. | ca.2. |
| Crystallus. | lib.5. | ca.5. |
| Corallus. | lib.eodem. | cap.6. |
| D | | |
| Digestionis species & diffinitio. | lib.1. | ca.2. |
| Digestiua pituitæ. | lib.eodē. | ca.4. |
| Digestiua flauæ bilis. | lib.eodē. | ca.3. |
| Digestiua atræ bilis. | lib.eodē. | ca.5. |
| Damascenum rosatum. | lib.4. | ca.6. |
| Dyamargariton. | lib.eodē. | ca.7. |
| E | | |
| Elementa corporis. | lib.1. | ca.1. |
| Electuarium lenitiuum. | lib.1. | ca.10. |
| Electuarium libanotidis. | lib.4. | ca.1. |
| Electuarium rutaceum. | lib.eodē. | ca.2. |
| Electuarium sampsuccinum. | lib.eodē. | ca.3. |
| Electuarium thymbræ. | lib.eodē. | ca.4. |


Electu

Electuarium contra pestem. lib.eodẽ. ca.5.

F

Flauam bilem digerentia. lib.1. ca.3.
Flauæ bilis solutiua. lib.eodẽ. ca.7.
Fumariæ herbæ syrupus. lib.3. ca.7.
Ferri natura. lib.5. ca.11.

G

Galliæ laudes. in procemio.
Galliæ pomaria. eodem.
Galliæ horti pulcherrimi. eodem.

H

Hortorum pulchritudo. in procemio.
Humani corporis elementa. lib.1. ca.1.
Homo contingenter sanus. eodem.
Humores quatuor. eodem.

I

Iecur calefacientia. lib.2. ca.9.
Iecur infrigidantia. eodẽ. ca.10.

L

Laudes Galliæ. in procemio.
Laboriosè soluentes. lib.1. ca.8.
Libanotidis electuarium. lib.4. ca.1.
Lapidum uirtutes. lib.5.ca.1.

M

Medicamina flauam bilem digerentia. lib.1. ca.3.
Medicamina pituitæ. lib.1.ca.4.
Medicamina soluentia bilem flauam. lib.1.ca.7.
Medicinæ, quæ atram bilem educunt. eodẽ. ca.10.

| | | |
|---|---|---|
| Medicinæ pectorales. | lib.2. | ca.3. |
| Medicinæ cor calefacientes. | lib.2. | ca.5. |
| Medicinæ infrigidantes. | lib.2. | ca.6. |
| Medicinæ uentriculum calefacientes. | lib.2. | ca.7. |
| Medicinæ matricem calefacientes. | lib.2. | ca.14. |
| Matricem infrigidantes. | lib.2. | ca.5. |
| Mercurij ſyrupus. | lib.3. | ca.1. |
| Metallorum natura. | lib.5. | ca.8. |
| N | | |
| Natura aromaticæ thymbræ. | lib.4. | ca.4. |
| Natura margaritarum. | lib.5. | ca.1. |
| O | | |
| Ocularis lapis. | lib.5. | ca.7. |
| P | | |
| Pulchritudo hortorum Galliæ. | lib.1. | ca.1. |
| Polypodij ſyrupus. | lib.3. | ca.6. |
| Puluis ſpecierum libanotidis. | lib.4. | ca.1. |
| Puluis ſpecierum aromatici rutacei. | lib.4. | ca.2. |
| Puluis aromatici ſampſuccini. | eodem. | ca.3. |
| Puluis ſpecierum aromatici tymbræ. | eodem. | ca.4. |
| Puluis contra peſtem. | lib.4. | ca.5. |
| Puluis ſpecierum dyacoralli. | lib.4. | ca.8. |
| Q | | |
| Quid digeſtio apud Ariſtotelem. | lib.1. | ca.2. |
| Quæſtio digna notatu. | lib.1. | ca.6. |
| Quando homo ſanus. | lib.1. | ca.1. |
| R | | |
| Renes confortantia. | lib.2. | ca.13. |


Regis

| | | |
|---|---|---|
| Regis Persarum syrupus. | lib.3. | ca.5. |
| Rutacei aromatici. | lib.4. | ca.2. |
| S | | |
| Solutiua quomodo soluunt. | lib.1. | ca.6. |
| Solutiua pituitæ. | lib.1. | ca.9. |
| Solutiua atræ bilis. | lib.1. | ca.10. |
| Stomachum infrigidantia. | lib.2. | ca.8. |
| Splenem calefacientia. | lib.2. | ca.11. |
| Syrupus mercurij. | lib.3. | ca.1. |
| Syrupus sambucinus. | eodem. | ca.2. |
| Syrupus corimborum sambuci. | eodem. | ca.3. |
| Syrupus de succo rosarum. | eodem. | ca.4. |
| Syrupus de polypodio. | eodem. | ca.6. |
| Syrupus regis Persarum. | eodem. | ca.5. |
| Syrupus fumariæ herbæ. | eodem. | ca.7. |
| Syrupus de agarico. | eodem. | ca.8. |
| Syrupus arthanitæ. | eodem. | ca.9. |
| Syrupus ireatus. | eodem. | ca.10. |
| Syrupus regis Medorum. | eodem. | ca.11. |
| T | | |
| Thymbræ electuarium. | lib.4. | ca.4. |
| Theophrastus de lapide lazuli. | lib.5. | ca.3. |
| V | | |
| Vnguentum calefactiuum capitis. | lib.2. | ca.1. |
| Vnguentum infrigidans caput. | eodem. | ca.2. |
| Vnguentum infrigidans pectus. | eodem. | ca.3. |
| Vnguentũ contra caliditatẽ pectoris. | eodem. | ca.4. |
| Vnguentum pro corde. | eodem. | ca.5. |

Vnguentum frigidum cordiale. codē. cap.6.
Ventriculum calefacientia. lib.2. cap.7.
Vnguentum contra uomitum. eodem. cap.8.
Vnguentum calefaciens Epar. eodem. cap.9.
Vnguentum infrigidans iecur. eodem. cap.10.
Vnguentum ad splenem. eodem. cap.11.
Vnguentum infrigidans renes. eodem. cap.13.
Vnguentum calefaciens iuncturas. eodem. cap.16.

# CAMPVS ELYSIVS GALLIAE, QVI ET

*Antidotarius liber dici potest: in quo sunt medicinæ cõpositæ, herbæ, & plantæ uirentes: amœnitate refertus: ad nobilissimum atq; undecunq; doctissimum, & imprimis obseruandiss.*

D. FRANCISCVM A TVRNONE, Bituricẽsis Ecclesiæ Antistitem, Aquitaniæ Primatẽ, Sanctæq; Romanæ Ecclesiæ Cardinalem.



ALLIAE PROVINCIA quàm multis, quàm magnis, ac præclaris iampridem excellcat laudibus, uir sacratissime, cernere facilius est, quàm literis prosequi. Nam opportunitate loci, ubertate agrorum, terræ ac maris ditione, cœli clementia, diuini cultus religione, disciplina uirtutis, studiorum deniq; ac literarum gloria, cum plærisq; etiam clarissimis prouincijs haud dubie cõferri possit. Quæ nam alia pars terrarum Galliæ meritò conferri potest, siue eius situm, siue perennem salubritatem, siue quicquid, quo carere uita non debet, etiam scrupulosissimè requiras? Est adeo benignè à natura parente lætus ac fertilis tributus ager, ut non modo

Galliæ laudes.

Aer salubris in Gallia.

*indigenarum, inquilinorum, & aduenarum alimonias frugumq; copiam abundè suppeditet, uerumetiam finitimis ubertatem elargiri queat. Gallia enim famosa est multitudine uinetorum, & baccho, ut uidetur, imprimis sacra. Quid diuersa pomorum genera, syluas, herbas & reliqua arbusta loquar? ea non solum quæ ad uictum utilissima, sed etiam quæ ad salutem hominum conferre uidentur, infinitas usibus hominum commoditates apportãt. Pratorum uiriditas lætissima, & pabuli copia, cùm amœnum quendam uisentibus aspectum, tum uerò gregibus & armentis, sine quibus agri colendi modus haberi nõ potest, ingentes quasdam utilitates afferunt. Hortorum pulchritudo, spaciosa iucunditas, quasi nutrix sedula quotidianos prouentus ita largè subministrat: ut herbarum medicinaliũ & florum ubertas, dulcia quædam uitæ condimenta largiatur. Et ut paucis omnia cõplectar, Gallia omnium rerum, quæ ad uictum & uitæ cultum pertinent nulli cedit. Quapropter in hoc Antidotario Gallico medicinas benedictas, uenenosas, aromata ac liquores, quibus medici utuntur, reperies: additis, quæ conuenire uidebantur Gallis ægrotantibus: ex probatissimis, quantum potui scriptoribus, & imprimis Dioscoride luce doctrinarum splendidissima: quorũ uerba sæpiusculè inter legendum notabis, nec de omnibus, sed quæ crebra lectione occurrerũt, memoria ingeniũq; suggessit, his equidem multa: illa uerò quàm plurima apes ex floribus herbantibusq; pratis mellilegulis secutus in schedulis calamo digessi. Complura fateor me uel addere Galliæ medicamẽtis uel diffusius scribere de illorum*

Galliæ pomaria.

Pulchritudo hortorum in Gallia.

Dioscorides vir militaris.

Autoris excusatio.

rum

rum plantis potuisse: quorum quibusdam consulto, ne in immensum opus cresceret imperaui, quædam cum obso leta tum nimis triuialia minimè conuenire uisa sunt. Præterea alius alio plura & scire & rimari potest, nemo omnia: homines sumus. Mihi autem satis est huius materiæ, quam publicæ utilitatis ergô suscepi maximã partem tradidisse hoc breui Antidotario. Quamobrem si has meas nugulas non improbaueris, sublimi feriam sidera uertice. Noui enim ingenij tui acumen: noui acerrimum illud tuum ingeniũ. In te nanq; summa doctrina & lepos uiget Atticus, musarum (ut dicunt) eloquio comparandus. Vale igitur & Campegium tibi addictum excipe.

LIBER

# LIBER I.

## DE QVATVOR CORPORIS *humoribus nostrum corpus dispensantibus.*

## CAPVT I.




Elemēta corporis humani.

ORPVS *humanū quatuor constare elementis receptum à cunctis est. Sanguine, inquam,* Pituita, Flaua, *&* Atra bile. Hæc ( *ut sacræ scripturæ ferunt* ) *ante primi hominis culpam tanta armonia cōtinuata erant, ut ex ipsis neq; mors, neq; morbus, neq; molestiæ quicquam emergeret. At soluta hominis in deum obediētia, soluta est & humorum huiusmodi pax, dissipata cōcordia. Cum igitur sibi hæc elementa consliterint, conquieuerintq́;, tum sanus homo esse perhibetur. Cum uerò inuicem sese protrudunt redundantia, & substractione, tum demum mortales morbo oblanguescunt, redundante aut subtracto humore, altero humore imperāte, altero autem oppresso. Est etiam cum duo miscentur elementa, ut in synocho febre, seu continua, nempe flaua bilis cum sanguine miscetur, fitq́; tumultus animali ingens, & morbus intolerabilis, ut etiam pulsus in ipsa quatuor diuidatur elementa, principiumq́; illinc nanciscatur. Proinde qui mortales ingentes ac celeres motus habent pulsuum, id ex imperio habent humorum, flauæ inquam bilis & sanguinis. Qui uerò molliter aliquo*

Quādo homo sanus, quando vero æger.

Signa humoris supabundātis ex pulsu.

quo

quo pacto atq; clementius mouentur, id propter pituitæ, & atræ bilis esse deprehenditur incrementum. Verno tempore crescit sanguis, febris de humoribus nascitur extrarijs. Aestate bilis rufa alitur, quæ acutas excitat febres, causona, cõtinuam, tertianam. Autumno alitur bilis atra, unde stomachi pituita febresq; ex atra bili. Qui per hyemem atrocius ægrotant, aduentãte Vere plerũq; moriuntur, quia quos humores noxios cogebat, contrahebatq; frigus, eos calor relaxat: & quia defluere non queunt, iam dilabantur necesse est. Et quia triplex, ut Celso placet, est medicina, una quæ uictu, altera, quæ medicamentis, tertia, quæ manu medetur: primam dieteticam, secundam pharmaceuticen, tertiam chirurgicen Græci nominarũt. Et quia pharmaceutica medicamentis homines curat, tuetur, iuuat, languenti salutem atq; incolumitatem præstat, & quod uerè diuinum est, mortuos quodammodo medicinali ope à pernicie, atq; ab interitu uendicat, & omnia perspicuis & certißimis documentis ostendit: hanc qui uerè & saluberiter profitentur, summis sunt honoribus efferendi, & omni laude decorandi.

Temporum natura.

Triplex medicina.

Pharmaceutica medicina omnia certissimis documentis ostendit.

## DE DIGESTIVIS.

## CAPVT II.

CONCOCTIONEM siue digestionem diffinit Aristoteles Metheororũ quarto, factam esse à naturali & interna caliditate in humidum & siccũ opposita paßiua agente perfectionem, quemadmodũ est pomi aut Cerasi maturatio. Hæc siquidem qualitates paßiuæ humidum & siccũ unicuiq; mixtorũ propriæ & naturales

Quid digestio secundũ Aristotelem.

rales inueniũtur: cũ mixtũ quodcũq; ex quatuor adinuicem tẽperatis qualitatibus constet: et sunt uniuscuiusq; mixtorum materia. Recte igitur dictũ est digestionẽ fieri in paßiuis humido & sicco. Et cũ quicquam fuerit digestum, iam perfectum est, antequã uerò digestũ esset, erat imperfectum. Illius autẽ perfectionis caussa efficiẽs propria est & naturalis ac interna caliditas, in qua fit digestio, nã quãuis interdũ digestio ab externis, ut alimento, aut balneo iuuetur, tanquã auxiliaribus & minus præcipuis caußis, sicut maturatio à calore solis, præcipuũ tamen efficiens eius interna est caliditas: secundum quam digestionis acceptionẽ tres enumerauit species Aristoteles. Prima Epsesis, quæ fit ab extra. Alia Pepansis, quæ ab intra, ut calidum in se digerens est. Optesis postrema species, quæ ab extra fit, pariter & ab intra simul. Et ex opposito tres ponit indigestionis species, scilicet, Homotes, Molinsis & Statensis. Verũtamen medici alia intẽtione digestione utũtur. Auicẽnas ita diffinit. Digestio est subtilis substãtiæ per ingrossationem, & grossæ per subtiliationẽ æquatio. Razes Pœnus x v i. continentis medici intentionem in digerẽdo putat esse subtiliare solum: inde est quòd humor eo autore calidus digerendus nõ est. Est enim, cum sit subtilis, sufficiẽter digestus. Et hac ratione Razes raro præmittit digestiua euacuatiuis, siue sit calida materia, siue frigida. Quod tamẽ satis uidetur esse dissonũ Hippocrati & Galeno & præsertim in materia frigida, pituita & atra bile. Quod ut facilius succurratur, qui praxi dare operam nituntur, cõmune sectando iudicium præmittã quamprimũ uniuscuiusq;

A sola interna caliditate fit digestio.

Tres species digestionis. Epsesis. Pepansis. Optesis.

Digestio quid secundum medicos.

Razes raro præmittit digestiua euacuatiuis.

Razes non tenetur.

iusq; humoris familiare & proprium digestiuum, & subsequentur hincinde solutiua. Nec puto me esse uituperãdum si adducam solum quæ in Gallia, aut certe in Italia uel Germania, quæ sunt nostris cõmunia & familiaria. Difficile etenim est quod ab India, Arabia, & ab extremis mundi regionibus apportatur, conquiescere, si quod in Gallia, Italia fuerit, ignotum sit. Itaq; apertius fit introitus, si ab internis & communioribus, ad extranea & minus communia processum sit.

Quæ nobis familiaria citius amplectenda sunt.

SIMPLICIA MEDICAMINA, quæ flauam bilem digerunt.

CAPVT III.

VIOLA, Endiuia quæ est Scariola, Rosa, lactuca, citrulus, cucurbita, cucumer, melon, & illorum semina, berberus, capillus ueneris, epatica, succus granatorum, acetum, papauer, nenuphar. Composita uero hæc idipsum efficiunt, Syrupus endiuiæ, Syrupus de nenuphare, Syrupus uiolatus, Syrupus rosatus, Oxizaccara, Syrupus acetosus simplex & compositus, Syrupus de acetositate citri, Syrupus de limonibus, Syrupus de granatis, Syrupus de iuiubis, Syrupus de succo acetosæ, Syrupus de agresta, Syrupus de papauere. Conueniret itaq; ista noua syrupi compositio male affecto febre tertiana, quæ ex flaua bile exoritur.

Flauam bilem digerentia simplicia.

Accipe endiuiæ siue scariolæ non lotæ, epaticæ, lactucæ, singulorum M. 4. seminum frigidorum maiorũ singulorum unciam dimidiam, florũ uiolarũ, nenupharis, singulorum drachmas tres, uini malorum granatorum

Magistralis syrupus.

torum uncias 2. panis sacchari quartos tres: fiat ex his syrupus perfectè coctus, deinde clarificatus, ad librā unā; quo utatur serò & manè. Si autē esset necessarium ordinare syrupum festinum, fac hoc pacto. Accipe syrupi endiuiæ, siue scariolæ uncias 2. syrupi uiolati unciam unam, syrupi acetosi uncias 2. cum dimidia: misce, bibat manè & serò unciam unam syrupi, cum uncijs duabus aquæ lactucæ, aut scariolæ.

Syrupus festinus.

DIGESTIVA PITVITAE.

## CAPVT IIII.

SIMPLICIA digestiua pituitæ, sunt: betonica, pulegium, calamentū, hyssopus, satureia, scabiosa, maiorana, menta, serpillum, origanū, melissa, peonia, mel & aquæ eorū, saluia: quinq; radices, quæ sunt feniculi, apij, petroselini, asparagi & brusci: ruta, semen anisi, bedeguar, scilla & aliæ complures calidæ & aridæ. Compositæ autem, syrupus acetosus compositus, syrupus de bizantijs, mel rosatū, oximel simplex, syrupus de hyssopo, syrupus de liquiritia, syrupus de eupatorio, syrupus de prassio, syrupus de absynthio, oximel squilliticum, syrupus de calamēto. potest itidem iste syrupus fieri. Accipe quinq; radicum singulorum uncias duas, radicum raphani unciam unam, scolopendriæ siue linguæ ceruinæ, capillorum ueneris singulorum M. 1. florum borraginis, rosarum, singulorum unciam dimidiam, sacchari, quod sufficit, fiat syrupus. Id est summè annotandum, ne syrupi huiusmodi, aut quæ loco syruporum administrantur, exhibeantur tepidi: dicente Galeno octauo Methodi. Tepida quoque exoluunt robur uirtutis,

Pituitam digerentia simplicia.

Magistralis syrupus.

Syrupi non sumātur tepidi. Galenus.

*tis, tepida nanq; laxando os stomachi nauscam siue uo=mitum inducunt.*

## DIGESTIVA ATRAE BILIS.
## CAPVT V.

SIMPLICES *medicinæ atræ bilis digestiuæ commu merãtur esse plurimæ:hæ sunt,uinum aromaticum, borrago siue buglossa,lingua ceruina,fumaria herba,ru bea tinctorum,tamariscus,thymus,epithymus,rosmari=nus,passulæ,cucusta,camedreos, gramen,liquiritia, lu=pinus,agnuscastus,amygdalæ amaræ,nigella,pinpinel=la.* Composita *digerentia atram bilem sunt huiusmodi, syrupus acetosus simplex & compositus, oximel squilli ticum,mel rosatum,syrupus fumariæ herbæ,syrupus de epithymo,syrupus de borragine,syrupus linguæ cerui=næ.Potest itaq; de nouo fieri syrupus in hũc modũ.Acci pe corticis radicum feniculi,petroselini,brusci,asparagi singulorum uncias 2.radicum apij, raphani singulo=rum unciam 1.medianæ corticis,tamarisci,fraxini & ge nestæ singulorum unciam dimidiam,anisi,maratri,semi nis portulacæ,melonũ,camedreos,ceterac,pollitrici,en=diuiæ siue scariolæ singulorum unciam 1. aceti albi un=cias 2.liquiritiæ rasæ,uuarum passarum,florum borra=ginis singulorum unciam dimidiam, mellis rosati librã unam:tẽperatis radicibus & corticibus in aceto fortißi mo per noctem fiat syrupus perfectè coctus, & clarifi=catus ad libram unam cum dimidia.*

Bilem atrã di gerentia.

Magistralis syrupus.

## DE SOLVTIVIS.

## CAPVT VI.

Medicina quia similis trahit humores.

GRæci ac antiqui omnes unanimiter medicamentum purgandi uim habens adtractis humoribus esse simile adserunt: quam opinionem tenuimus libro secundo nostrarũ castigationum capite primo contra Auicennã & Mesuem. Sed nũc sciscitari posset quis, an ueniat materia digerenda, quæ nec quantitate peccat nec qualitate, quam tamen soluere est licitum. Nam modo digerenda uenit, modo non, quæ tamen soluenda est materia. Si turgeat & furiosa est, tũc educenda nec expectãda concoctio: si autem non turget nec furiosa est, & adhuc existit multa aut pauca. quòd si sit multa, tunc debet absq; cõconctione solui: præsertim aliqualis portio ut potẽtior sit natura in id quod reliquum est. Satius est enim non coctam euacuare, quàm impediri naturam in sua concoctione. Si uerò materia est pauca, uel natura satis potens perpenditur ad illam digerendã: aut euacuatur per leue pharmacum, aut forte. Si leuis euacuet medicina, potest tunc hæc tantũ digerere per aliquam sui potentiam, quantum educit, ueluti sunt catapotia ante cibum, possunt tunc hæ medicinæ dari ante cõcoctionem, cum id omne digerant, quanti sunt solutiuæ, si uero forte sit pharmacum, uenit tunc digerenda prius materi. quàm euacuetur. Sed si forsitan quidam importunus cauillator quærat, an ex flaua bili correpti febre curari debeant cũ solis alterantibus remedijs iuxta Galeni placita, an cum fortioribus medicamẽtis iuxta iuniorũ medicorum

Quæstio digna.

Si materia turget uel est multa absq; concoctione educat.

Materia pauca pharmaco leui educatur.

Catapotię ante cibum pos sũt ante concoctionem exhiberi.

Quæstio notatu digna.

dicorum

dicorum usum. Ad hanc quæstionem diluendam tres potißimum antiquorum opiniones adducam: prima erit Galeni sententia, secunda Cornelij Celsi, tertia uerò Oribasij Sardiani. Hippocrates ita primo aphoris. xxIIII. præcepit, cum ait, in acutis paßionibus raro, & in principijs medicinis purgantibus uti, & hoc cũ præmeditatione faciendum. Neq; tamẽ temere id fecisse Hippocratem constat, quãdo Galenus in eius aphorismi explicatione ita scribit, In ægritudine autem acuta, nõ nisi in principio pharmacia dãda est, id est, in die prima uel secunda ad plus, quia non est tantum spacium ut corpus ad hoc paretur suscipiendũ. hæc Galenus. Et paulò post, neq; periculum minimum in morbo acuto uti purgante medicamento, cum omnia id generis sint potentia calida. Febris enim, quatenus febris est, & sui ratione, nedũ calefaciẽtibus atq; exiccãtibus, sed potius cõtrarijs, hoc est humectãtibus & refrigerãtibus egeat. hæc Galenus. Cornelius Celsus latinus Hippocrates lib. II. capi. XI. ita scribit. Ergo nũquã in aduersa ualetudine medicamẽtũ eius rei causa recte datur, nisi ubi is morbus sine febre est. At ubi febres sũt, satius est eius rei causa cibos potionesq; assumere, qui simul & alant, & uentrem molliãt. Eadem uult Galenus libro primo ad Glauconem & lib. x. methodi capi. v. Et Oribasius in medicinæ compendio ait. Crudi autem existentes humores, antequam incipiant generare ægritudines, cautè sunt euacuãdi: iam autem febrientes nullo modo. Galenus igitur, Celsus, & Oribasius manifestißime docent in tertiana febre id ma-

Galeni uerba nota bene.

Celsus latinus Hippocrates.

Oribasius.

gis conari debere medicum, ut cõtrarijs qualitatibus febrem oppugnet, quàm ut quomodolibet euacuet: quando euacuationes istæ subinde plus qualitate noceant, quàm expurgando prosint. Et id etiam uoluit ille Auerrhous Cordubensis lib. VII. sui colliget cap. XI. in hũc modum. Et scimus certißimè quòd natura habebit dominiũ supra hunc humorem, & propter hoc nõ debemus eum mouere cum medicinis adtractiuis, quia uirtutem debilitant, & augent caliditatem febrilem & siccitatem. Et si aliud non induceret nocumentũ, nisi conamen surgendi & decumbendi, modicum non inueniretur, quia complexio inde supercalefit, & debilitatur. Sed apparente signo digestionis, non est malum dare medicinam quæ habeat lenire materiam & humectare. hæc Auerrhous. Sed nemo est qui ignoret, quàm omnes fermè nostri seculi medici id maxime conentur, ut in febribus arsiuis, tertiana etiam syncera & exquisita (ut hoc anno MIL. CCCCC & XXXII. apud Lugdunum uidimus) nõ semel nec in prima uel secunda die, sed in quarta & sexta die, iterum atq; iterum purgantes medicinas ex Reubarbaro ac trifera illa persica iterum purgantes medicinas propinent: unde plures iuuenes, & quidem robusti ad campos ut dicitur Elyseos mißi sunt. Quàm ueró erroneum fuerit, primum Galeni testimonio, deinde Celsi ac Oribasij testimonijs ac ratione una, aut altera demõstrauimus.

Auerrhous.

Tempore digestionis dandũ pharmacum.

Notatu dignum.

SIMPLICIA

## SIMPLICIA SOLVTIVA BILIS *flauæ benedicta.*

## CAPVT VII.

SOLVTIVA *simplicia benedicta, quæ in Gallia reperiũtur, sunt manna* Briãsonis, *succus rosarũ, aqua casei, uiola, mercurialis, polypodium, cartamus, fumaria herba, pruna, malua, atriplex.* Est *& hoc nouum pharmacum flauæ bilis eductiuum.* **Bilis flauæ solutiua.**

Accipe *mercurialis* M. I. *& semis, polypodij quercini conquassati unciam dimidiam, herbæ fumariæ* M. *semis, prunorum* VI. *numero, maluæ* M. *semis, fiat decoctio fortis ad lib.* I. *ex qua accipe uncias* VI. *dissolue in ea succi rosarũ, mannæ* Briansonis *añ unciã unã: capiat in mane hora magis quieta ante pastũ horis duabus.* **Magistrale pharmacum.**

Aliud. Accipe *herbæ fumariæ, uiolariæ, maluæ, mercurialis, attriplicis singulorum* M. *dimidium, polypodij cõcassati drachmas* III. *fiat decoctio in lib. dimidia aquæ lactis usq; ad consumptionem quartæ partis, tandẽ exprimãtur omnia & in dicta decoctione dissoluãtur mãnæ* Briãsonis *& succi rosarum singulorum uncia una, syrupi uiolarum uncia dimidia, fiat potus, capiat de mane hora magis quieta.* **Aliud.**

Electuarium *lenitiuum flauam bilem euacuans.* Accipe *uiolarum, capillorum ueneris, ordei, singulorũ* M. I. *passularum uncias tres, iuiubarũ, sebesten singulorũ numero* XX. *liquiritiæ unciam dimidiã, prunorum uncias duas, polypodij concassati uncias* 4. *misce, & fiat decoctio ad cõsumptionẽ tertiæ partis, deinde addãtur succi mercurialis unciæ* 3. *bulliãt bullitione una, & coletur &* **Lenitiuũ electuarium & nobile.**

dissoluatur pulpæ prunorum recentium libra una cum dimidia, sacchari uiolati unciæ 6. coquendo lento igne semper mouendo cum spatula: & adde pro qualibet libra electuarij uncias 3. mannæ Briansonis, & fiat electuarium secundum artem.

Mercurij electuarium.

Electuarium mercurij flauam bilem euacuans. Accipe prunorum damascenorum bene maturorum lib. 2. buliant usquequo dissolui uideantur, tunc ab igne deponantur, & ab aqua extrahantur, & in cribro manibus fricẽtur, & passentur: postea in aqua in qua pruna decocta fuerant ponantur unciæ 3. succi mercurialis cum uncia 1. succi uiolariæ, & iterum bulire permittantur, & fiat syrupus cum duabus libris sacchari: in quo syrupo lib. 1. & semis de pulpa prunorum ponatur, & ad spißitudinẽ decoquatur cum spatula semper agitando.

## SIMPLICIA LABORIOSE SOLVENTIA flauam bilem, in quibus (ut uerbis Mesue loquar) est uenenositas.

## CAPVT VIII.

Solue ntia laboriose uenenosa.

ELLEBORVS, cataputia, cucumer seu elateriũ. Ista pharmaca periculosa sunt, quemadmodũ & scamonium. Et est scamonio uis liquoris & natura per inferna bilem purgare, purgat & ueratrũ bilem ac pituitam, trahit & cataputia elaterium celerrimè, & pituitam & bilem pariter trahit. in scamonio est uenenositas mordicatiua faciens subuersionem. Est & in elleboro subuersio, & sternutamenta cit, & à scamonio & elleboro cauere hominibus melius est: fortius tamen ueratro est scamonium, ut Galeno placet. Quapropter

Scamoniũ fortius est ueratro.

pter ſapienter dicebat de pharmacijs exſoluentibus in libro de uniuerſo Plato in hunc modum. Tertia uerò commotionis ſpecies tunc demum, cum ſumma cogit neceßitas utilis, aliter uerò nullo modo ſanæ mentis homini ſuſcipienda. medicorum illa purgatio eſt, quæ pharmacis, id eſt ſolutiuis medelis fieri ſolet: morbi enim niſi periculoſißimi ſunt, pharmacis irritandi non ſunt. Hæc ille. Plato de pharmacijs.

## DE SOLVTIVIS, QVAE pituitam exoluunt.

## CAPVT IX.

SIMPLICIA, quæ pituitam ſoluunt ſunt, Agaricus, cartamus, aqua cauliũ, ſambucus, ebulus, polypodium, mercurialis, fumaria herba. Et poteſt itidẽ porrigi id pituitæ. Pituitę ſolutiua.

Solutiuum facile. Accipe florum borraginis, uiolarum ſingulorũ unciam dimidiam, cartami conquaßati drachmas 2. florum ſambuci & ebuli ſingulorũ drachmas 3. fumariæ herbæ M. ſemis, polypodij quercini conquaſſati drachmas 2. fiat decoctio in qua diſſolue mãnæ granatæ unciã 1. agarici albi & leuis briãſonis drachmã 1. ſyrupi roſati unciã ſemis: fiat potus, capiat ĩ mane. Magiſtrale pharmacum.

Electuarium dyagarici pituitam euacuans. Accipe paſſularum ex corintho uncias 2. prunorũ, iuiubarum, ſebeſten ſingulorũ numero XX. liquiritiæ raſæ unciã dimidiã: polypodij uncias 3. miſce, & fiat decoctio ad cõſũptionẽ tertiæ partis, deinde addatur ſucci foliorũ ſambuci, ebuli, & mercurialis ſingulorũ uncia 1. ſemis, bulliãt bullitione una & coletur, & diſſoluatur agarici albi Electuarium dyagarici.

& leuis uncia dimidia, sacchari albi uiolati uel candi unciæ 8. coquendo lento igne semper mouendo cum spatula: in fine adde pro qualibet libra electuarij uncias 3. mãne Brianſonis, & fiat electuarium secundum artem.

Solutiua phlegmatis in quibus est ueneno sitas.

Solutiua fortia, in quibus est uenenositas, quæ in Gallia reperiuntur, & quæ euacuãt pituitam sunt, ueratrũ, laureola, esula, cataputia, elaterium, hermodactyli, ireos: quæ ob uiolentiã & molestiam, quas faciũt, relinquimus.

MEDICINAE, QVAE ATRAM BILEM educunt in Gallia repertæ.

CAPVT X.

Atrę bilis solutiua.

SImplices medicinæ atram bilem soluentes, epithymus, fumaria herba, borrago, polypodium, lupulus, cartamus.

Medicamentum educens bilem atram. Accipe thymi, epithymi, cucustæ, singulorum unciam dimidiam: florum borraginis, uiolarum, singulorum drachmas 3. polypodij quercini unciam dimidiam, prunorum numero 16. passularum unciam 1. & semis, seminis anisi, feniculi, singulorum unciam dimidiã, seminis petroselini, apij, singulorum drachmas 2. camedreos, linguæ ceruinæ, singulorum M. semis, fiat ex his decoctio ad quartã, in qua dissolue mannæ Brianſonis uncias 2. agarici albi & leuis scrupulos 2. syrupi herbæ fumariæ unciam dimidiam, fiat potus, detur in aurora.

Electuarium lenitiuum pro delicatis.

Electuarium lenitiuum educens bilem atram. Accipe prunorum damascenorum, succi mercurialis singulorũ libram dimidiam, epithymi, thymi, singulorum drachmas 3. succi herbæ fumariæ uncias 2. bulliant in libris

quinq;

quinq; aquæ usque ad consumptionem tertiæ partis, & colaturæ addatur mannæ Brianʃonis lib. dimidia, prunorum alborum unciæ 7. buliant lento igne & claro usq; ad spiʃʃitudinem, deinde addantur candi puluerizati unciæ 6. penidiarum unciæ 2. syrupi uiolati uncia 1. fiat electuarium: & est pro delicatis. Et si uis facere fortius, adde in quãtitate maiori de Agarico albo leui & electo.

Fortes medicinæ & in quibus est uenenoʃitas purgantes atram bilem sunt, ueratrum nigrũ, esula, cataputia, & si purget primo pituitam & flauam, tertio tamen euacuat bilem atram: sed de hijs non utimur niʃi ad ægritudines ultimas, de quibus Cous Hippocrates dicit. Extremis morbis extrema exquiʃitè remedia optima sunt, quales sunt Attonitio, quam Apoplexiam Græci dicunt, Lethargicus, Subeth, Carabitus, Ectaʃis, & similes malorum accidentium ægritudines.

Medicinæ fortes purgantes melancholiam.

Fortibus pharmacis non utẽdũ niʃi in ægritudinibus ultimis.

Hippocrates lib. 1. aphor. 6.

## DE CLYSTERIBVS.

## CAPVT XI.

Vsum Clysterium in Aegypto auis quædam nomine Ibis indicauit Ciconiæ ferè similis, & ipsa quoq; serpentum pernicies, hæc rostri aduncitate per eã partem se proluit, qua reddi ciborum onera cõsueuerũt: hinc clystere facere primum didicerunt, ut scribit Galenus introductionis medicorum cap. 1. Clyster licet euacuet materiã quæ dolorem concitauit ab omnibus inteʃtinis craʃʃis & gracilibus, tamen inferioribus magis quàm superioris auxilio est.

Ibis auis in Ægypto.

Nota bene.

Sunt autem Clysteria alia lenitiua, alia alteratiua, alia abstersiua, alia uerò carminatiua, & alia lauatiua,

*alia restrictiua, & ultimo confortatiua.*

Clyster lenitiuum. *Clyster commune lenitiuum potest esse tale.* Accipe *maluæ, uiolarum, bismaluæ, singulorum* M. 1. *fiat decoctio de qua accipe uncias* 12. *mellis uiolati uncias* 2. *olei communis uncias* 3. *salis drachmam* 1. *& fiat clystere, uel loco decoctionis ponat brodium pulli uel caponis aut carnium.*

Alteratiuum Clyster. *Clyster alteratiuum & lenitiuum conueniens in febribus Causonide ac magnæ inflammationis.* Accipe *maluæ, uiolarũ, bismaluæ, singulorum* M. 1. *lactucæ, scariolæ, quatuor seminum frigidorum maiorum cõquassatorum singulorũ unciã semis, fiat decoctio ad lib.* 1. *in qua dissolue mellis mercurialis uel uiolati uncias* 2. *salis drachmam* 1. *fiat clyster.*

In Apoplexia Clyster conueniens & nouũ. *Et si esset Attonitus seu Apoplecticus fiat sic.* Accipe *abrotani, calamenti, origani, rutæ, saluiæ, singulorum* M. 1. *se. anisi, maratri, siseleos, singulorũ drachmas* 3. *fiat decoctio in sufficiẽti decoctiõe usq; ad cõsumptionẽ tertiæ partis, & ex decoctiõe accipe lib.* 1. *& semis, in qua dissolue mellis mercurialis uncias* 3. *salis gẽme drachmas* 3. *succi siclæ. uncias* 2. *olei castorei uncias* 2. *fiat clyster.*

Paralyticis clyster conueniẽs. *Clyster conueniẽs paralyticis.* Accipe *rutæ, saluiæ, mercurialis, cẽtaureæ minoris, singulorũ* M. 1. *florũ, camomillæ, meliloti, singulorũ* P. 1. *fiat decoctio ad lib.* 1. *ĩ qua dissolue mellis mercurialis, mellis rosati colati singulorũ uncias.* 2. *olei camomillæ uncias* 3. *salis cõis drachmas* 2. *succi siclæ & mercurialis singulorũ unciã* 1. *fiat clyster.*

Carminatiuũ Clyster. *Clyster carminatiuũ uentositatis.* Accipe *se. aneti, anisi, maratri, cymini, carui, singulorũ unciam dimidiã,*

*florum*

florũ camomillæ, meliloti, ſingulorũ P. 1. rutæ M. ſemis, furfuris P. 1. fiat decoctio uſq; ad cõſumptionẽ tertiæ partis, de qua colatura accipe uncias 12. mellis roſati collati uncias 2. & ſemis, olei rutæ, aneti, & camomillæ ſingulorũ unciã 1. & ſemis, ſalis drachmã 1. & poſſent addi baccæ lauri, cẽtaurea, cartamus, ſeminis lini & feni græci.

Clyſter lauatiuum & abſterſiuum conueniens influxibus. Accipe aquæ decoctionis ordei uncias 12. mellis roſati colati uncias 2. uitella ouorum recentium numero 2. olei communis uncias 3. fiat clyſter. Lauatiuum Clyſter.

Clyſter reſtrictiuum & conſolidatiuum conueniens influxibus. Accipe Arnogloſſæ, plantaginis, ſingulorum M. ſemis, ſiccarũ gallarũ, roriſmarini, myrtillorũ, ſumach, ſingulorum unciam ſemis, fiat decoctio in aqua pluuiali uel in aqua extinctionis ferri, de qua colatura accipe lib. 1. & in ea diſſolue ceui hircini unciam 1. ſucci plãtaginis uncias 2. & poſtea addãtur infraſcripti pulueres. Accipe gũmi Arabici, boli nõ Armeni, ſed noſtri pulueris, myrtillorũ ſingulorũ drachmam 1. fiat puluis. Reſtrictiuum Clyſter.

Clyſter abſterſiuum cõfortatiuũ & incitatiuum appetitus. Accipe uini albi odoriferi uncias 7. urinæ pueri uncias 5. mellis roſati colati uncias 2. & ſemis, ſalis drachmã 1. olei communis uncias 3. miſce, fiat clyſter. Abſterſiuum Clyſter & cõfortatiuum.

Et ſi aliquis importunus cauillator quærat, quare in Clyſteri ad Apoplexiã nõ poſuimus Colocynthã Scamanium aliaſq; fortes medicinas? Reſpondemus cum Galeno & dicimus medicinam in inteſtinis exiſtentem non trahere à uentriculo nec à membris ſuperioribus, ut ample ſcripſimus in libro noſtro de Clyſteribus. Quæſtio notabilis. Medicina in inteſtinis exiſtens nõ trahit a uentriculo.

## DE DIRIGENTIBVS MEDICINIS & respicientibus membra.

## CAPVT XII.

Cordialia. AD Cor sunt Buglossa siue borrago, acetosa, melißa, & aquæ earum, os de corde cerui.

Capitalia. Ad Caput peonia, maiorana & eorũ aquæ, folia lauri, olibanum, acorus.

Pectoralia. Ad Pectus scariola, capillus ueneris, hyssopus, passulæ, ficus, dactyli, uiolæ, amilum, pineæ, fenum græcum, iuiubæ, amygdalæ, pulmo uulpis, mel, ordeum.

Iecur confortantia. Ad Epar eupatorium, absynthium, fumaria herba, nenuphar & earum aquæ, aqua ordei, cucusta, lactuca, scylla, anysum, feniculus, daucus, semen melonum, cucurbitæ, citrulli, cucumeris.

Lienem cõfortantia. Ad Splenem lingua ceruina, tamariscus, rubea tinctorum, calamentum, cappares, cortices radicis fraxini, gentiana, cucusta, sparagus, anisum, feniculus, acorus, Daucus, assarum, scordeon, scylla.

Quæ Renes & Vesicam mundificant. Ad Vesicam & ad Renes pimpinella, lingua ceruina, saxifragia, parietaria, millefolium, milium solis, quinq; radices calidæ apij, feniculi, petroselini, sparagi & brusci, cantarides, petro macedonicum.

Matricẽ mundificantia. Ad Matricem matricaria, arthemisia, calamentum, sauina, rubea tinctorum, pulegium.

Quæ confortant iũcturas. Ad Iuncturas acorus, scylla, aqua porri, chamedreos, polium chamepitheos, amomum, succus caulium.

LIBER

# LIBER II.

## DE MEDICINIS ALTERANtibus membra principalia corporis humani tam calefaciendo quàm infrigidando.

### DE ALTERANTIBVS CAPVT CALEFACIENDO.

### CAPVT I.



ETVS EST componere medicicinas mos, quamuis ab aliquibus medicis improbatus. Et ſane Veteres in compoſitionibus non exceſſerunt ultra ſextam ſpeciem ad ſummum. Hodie laſciuia medicorum eouſq; procedit, ut mixta mixtis miſceri uideas. quòd ſi tamen rem rectè quis conſideret inueniet certè ſimplicium ſimplex iuuamentum: quum autẽ morbi multipliciter ſint compoſiti, adparet neceſſe & medicinam exhibere eiuſmodi, quæ tam multis affectionibus ſe opponat, & uerè fiat. Videntur autem rationes, quas propter cœptum eſt medicamina componere, multæ eſſe, ferè hæ.

Quare utendũ eſt medicinis compoſitis. Veteres ultra ſextam ſpeciẽ non exceſſerũt in compoſitionibus.

Prima ratio, quòd in eodem morbo diuerſæ ſint affectiones. Ratio prima.

Secunda, ut membra maximè principalia tuta ſint à ui medicinæ, quæ aliàs alicui alij membro, ad quod adparata eſt, minimè inimica eſſet. 2

Tertia, neceſsitas ſuccurrendi diuerſis uenenis. 3

Quarta,

4 Quarta, ut si quis longè remoto membro uelit medicinam adhibere, necesse est enim, ut addat quid membro familiare, quod pharmacum eò proximè deferat.

5 Quinta, miscentur medicinæ ob mutuã cõseruationẽ.

6 Sexta, ut horribilis saporis per admixtionẽ fiat ablatio. Quapropter nunc de simplicibus medicamentis alterantibus caput calefaciendo dicemus, postea tandem ad composita ueniemus.

Calefacientia cerebrum.

Simplicia igitur calefacientia cerebrum & caput sunt, ruta, saluia, maiorana, peonia, betotica, satureia, pulegium, calamentũ, serpillum, siler montanum camomilla, melilotum, feniculus, aqua uitæ, lauri folia, scylla. Ex istis facere possumus Embrocationes & Epithimata, Emplastra, Vnguentaq; sacculi.

Embrocatio calida.

Embrocatio calefactiua capitis potest fieri talis. Accipe maioranæ, rutæ, camomillæ, meliloti, foliorũ lauri, betonicæ, origani, singulorum M. dimidium: misce, & fiat decoctio usq; ad consumptionem medietatis, & postea fac decoctionem calidam cadere ab alto, & postea applicentur capiti panni ut humiditas remoueatur, ne actualis frigiditas inducat nocumentum, possunt etiam fieri tales Embrocationes ex oleis calidis, ut sunt oleum nardinum, laurinũ de aneto & sambuco.

Epithima calefaciens & confortans.

Epithima calefaciens & confortans caput, resoluens catarrũ descendentem ad inferiora mẽbra, potest sic fieri. Accipe uini albi aromatici, aquæ uitæ, singulorũ uncias 6. salis cõmunis triti unciã 1. Liquefiat primo sal bulliẽdo, & post ebullitionem addatur aqua uitæ, & cũ opus fuerit infunde pannum lini duplum, & applica parti anteriori

teriori capitis, reiterando sæpius, si opus fuerit.

Vnguentum calefactiuum capitis. Accipe olei lau rini, olei nardini, singulorum uncias 2. betonicæ siccæ, rutæ siccæ, maioranæ siccæ pulucrizatarum, singularum scrupulum unum, & misce cum modico ceræ, fiat unguentum. Vnguentũ calefactiuum capitis.

Sacculus calefaciens caput. Accipe camomillæ, meliloti, florũ, anthos, betonicæ siccæ, saluiæ siccæ, rutæ siccæ, singulorum unciam 1. & semis, tere terenda mediocriter, & reponantur in sacculo de seta aut sindone, & applicetur anteriori parti capitis. Hæc tamẽ localia applicentur post notabilem & moderatam euacuationem, & in statu uel declinatione ægritudinis, nõ in principio uel augmento, nec ante euacuationem moderatã, ne uirtute sua actuali, & uirtuali caliditate attrahant materiã ad locum, & fieret error peior priore. Sacculus. Quando localia applicanda sunt.

QVAE INFRIGIDANT CAPVT simplicia.

## CAPVT II.

Simplicia caput infrigidantia sunt papauer album, nenuphar, lactuca, uiolæ, ioscyamus, rosæ, acetum, & folia salicis, & succus papaueris. Et possunt fieri Embrocæ, quod irrigationem sonat, & fit aliquando per prolutionem, aliquando per distillationem supra membrum aliquod. Caput infrigidantia.

Embrocatio ergo infrigidans caput, & prohibens ascensum uaporum ad caput potest esse talis. Accipe olei rosati, aquæ rosarũ singulorũ uncias 2. aceti unciã 1. & semis: misce omnia fortiter agitãdo, & pone in aqua frigida cum ampulla, ut infrigidetur, postea Embroca anterio Embroca. Notatu dignum.

anteriorem partem capitis, & fac ut ex alto cadat, & sic reitera secũdum neceßitatem. Potest etiam fieri cum oleis frigidis & cum succis frigidis. Et non postponatur quin in embrocationibus ponatur pars aceti, ut det uiam penetrandi.

In embrocationibus semper pars aliqua aceti apponat.

Sacculus infrigidans.

Sacculus infrigidans caput. Accipe rosarum rubearum, florum uiolarum, florum nenupharis, singulorum unciam dimidiam, coralliorum rubeorũ drachmam semis, misce, pulueriza, & fiat sacculus, & quãdo opportunum erit aspergatur aqua rosarũ uel nenupharis, & applicetur parti anteriori capitis.

Vnguentũ infrigidans caput.

Vnguentum infrigidãs caput. Accipe olei nenupharis, rosati, singulorum unciam semis, succi solatri, succi semperuiuæ, succi plãtaginis, singulorũ drachmas tres, misce & in ampula agitetur, deinde adde unguẽti populeonis unciã semis, florũ nenupharis drachmas duas, tere terenda & misce, & cum pauca cera fiat unguentum addendo aceti unciã semis, & ungatur pars anterior capitis in commissura coronali.

## DE MEDICINIS ALTERANTIBVS pectus & pulmonem calefaciendo.

## CAPVT III.

Pulmonẽ calefacientia.

SIMPLICIA calefacientia pectus & pulmonem calefaciendo sunt betonica, praßium, hyssopus, scabiosa, capillus ueneris, liquiritia, ireos, passulæ, ficus, dactyli, enula, lilium, serpentaria, urtica, aristologia rotunda, melissa. Composita sunt syrupi ex illis compositi.

Vnguentũ cõtra frigiditatẽ pectoris.

Vnguentũ ualens contra frigiditatem pectoris. Accipe olei amygdalarum dulciũ, olei camomillæ, olei irini singulo

singulorum unciã semis, muscilaginis, seminis lini, feni græci singulorum drachmas 2. & semis, butyri recentis unciam semis: misce, & cum pauca cera fiat unguẽtum pro pectore ante pastum.

SIMPLICIA infrigidantia pectus & pulmonem.

CAPVT IIII.

PECTVS & pulmonẽ infrigidãtia sunt, sebesten, papauer albũ, uiolæ, amilũ, semen papaueris albi, iuiubæ, mora celsi. Cõposita sunt syrupi ex illis cõpositi.

Vnguẽtum cõtra caliditatem & siccitatẽ pectoris. Accipe olei amygdalarũ dulciũ, olei uiolati, singulorum unciã 1. pinguedinis gallinæ, uel anatis, medullæ uituli, singulorũ uncias 2. & semis: muscillaginis, psilij, unciã semis: misc cum pauca cera, fiat unguentum, quo ante pastum unguatur. Vnguẽtum ad pectus calidum & siccum.

MEDICINAE calefacientes & alterantes cor.

CAPVT V.

SIMPLICES medicinæ cor calefaciẽtes sunt rosmarinus, borrago siue buglossa, melissa, crocus, cortices citri, folia citri, emula campana, ozimũ, semen maioranæ, semen basiliconis, cotula montana. Cõposita sunt, electuaria lætificãtia et aromatica, cõfectio de citro, cortices citri cõditi, conditum de buglossa, & dianthos. Medicinæ calidę cordiales.

Epithima cordiale calidum. Accipe aquarũ buglossæ siue borraginis, melissæ, singulorũ drachmas 6. seminis basiliconis, maioranæ, singulorum scrupulũ 1. croci scrupulum dimidiũ, terantur omnia & misceantur agitan- do in ampulla: & accipe pannum lini, & infunde, & applica regioni cordis. Epithima cordiale calidum.

Aliud. Aliud. Accipe succi borraginis, succi melissæ, singulorũ uncias 3. croci scrupulum 1. misceantur & applica, ut suprà. Vnguentũ pro corde. Accipe olei spicæ celticæ, olei camomillæ, singulorũ unciã 1 & semis: corticũ citri, ozimi, seminis maioranæ, singulorũ drachmam semis: croci scrupulũ dimidiũ: fiat puluis miscendo cũ pauca cera noua, & fiat unguentum, cum quo ungatur regio cordis ante pastum per horam.

Vnguentũ pro corde.

Sacculus cordialis calidus. Accipe florũ borraginis drachmas 3. serici de grana cõbusti, scrupulũ 1. pulueris coralliorum rubeorum, rosarum rubearũ, singulorum drachmã 1. oßis de corde cerui scrupulum dimidiũ: seminis maioranæ, basiliconis, anisi, calami aromatici, singulorum scrupulos 2. puluerizentur mediocriter, & imponantur in sacculo de sindone, & dum erit opportunum aspergatur succus ille cum aqua borraginis calida, & applicetur loco.

Sacculus cordialis.

## MEDICINAE, quæ infrigidant cor.

## CAPVT VI.

Infrigidantia cor.

SIMPLICIA cor infrigidantia sunt, acetosa, rosæ, nenuphar, uiolæ, margaritæ, coralli, os de corde cerui, acetositas citri, seminis acetosæ, coriãdrum, acetum, agresta, acetositas limonum & citrangulorum, citonia, pira, & lac acetosum. Composita sunt syrupi ex illis compositi simplicibus.

Epithima cordiale frigidũ.

Epithima cordiale frigidum. Accipe aquæ scariolæ siue endiuiæ, aquæ rosarum, singulorum uncias 2. pulueris corallorũ rubeorũ scrupulum unum, croci grana 6.

misce

misce omnia agitando in ampulla, & facta expreßione applicetur regioni cordis.

Vnguentum cordiale frigidum, quod ita operatur calori febrili, sicut uenenum cordi, & ualet infallenter ad omnes fermè, & maximè si applicetur post debitam purgationem factam à principio. Accipe olei nenupharis, citrini unciam semis: seminis acetosæ, corallorum rubeorum, singulorum drachmam 1. margaritarum, oßis de corde cerui, singulorum scrupulum unum, succi semperuiuæ, drachmas 2. pulverizanda pulverizentur, & misce, & cum pauca cera noua abluta in aqua nenupharis citrini fiat unguentum, de quo ungatur regio cordis ante pastum, & ante acceßionem febris per horam. Vnguentũ cordiale nobile.

Sacculus cordialis. Accipe florum uiolarum, rosarũ rubearum, nenupharis, singulorum drachmas 3. seminis coriandri, lãbruscæ, acedulæ siccæ, seminis acetosæ, singulorum drachmas 2. & semis, oßis de corde cerui, scrupulum dimidiũ, puluerizẽtur omnia mediocriter, & ponantur in sacculũ sericum, & applicetur regioni cordis sub sinistra mamilla, & poßet aspergi in aqua nenupharis, uel rosarum, aut acetosæ. Sacculus cordialis.

Puluis cordialis. Accipe margaritarum scrupulum unum, corallorum alborum uel rubeorum, scrupulum dimidium, oßis de corde cerui, unicornu, singulorũ scrupulum dimidium, foliorum auri & argenti, singulorum grana sex, misceantur & puluerizentur omnia addendo sacchari tabulati unciam unam. Puluis cordialis.

Conditũ cordiale. Accipe cõseruæ borraginis uncias duas, manus christi cum perlis unciã semis, fragmentorũ Conditum cordiale.

saphiri ex spodio subtilissime puluerizatorum scrupulũ dimidium, pulueris margaritarũ grana 6. sacchari rosati tabulati unciã 1. fiat conditũ, & deauretur cum folijs tribus auri, & exhibeatur.

Et quia facta est mentio de fragmentis, scias quòd neoterici medici quinq; ponunt fragmenta: uidelicet, iacynthi, granatorũ, rubinorum, saphirorũ, & smaragdorum. Alij inter fragmenta ponunt margaritas & corallos. Sed quia in Gallia ex istis reperiuntur solũ saphiri, margaritæ, & coralli, de alijs non curamus, nec mentionem fecimus.

Fragmenta.

Fragmenta Gallorum.

DE MEDICINIS alterantibus uentriculum siue stomachum calefaciendo.

CAPVT VII.

Stomachũ calefacientia.

VENTRICVLVM calefacientia simplicia sunt, serpillum, menta, feniculus, absynthiũ, ameos, raphanus, scylla, maximè cortices interiores. Composita sunt syrupi ex istis simplicibus compositi.

Vnguentũ ad debilitatẽ stomachi.

Vnguentũ cõtra debilitatẽ uentriculi. Accipe olei de spica celtica, olei de absynthio, olei camomillæ, singulorum unciã 1. pulueris mentæ, maioranæ, florum anthos, singulorum scrupulos 2. puluerizentur puluerizanda, & cum modico ceræ fiat unguentum, & unguatur uentriculus ante pastum per horam.

Sacculus pro frigido ventriculo.

Sacculus contra debilitatẽ uentriculi frigidi. Accipe absynthij, mẽtæ siccæ singulorũ unciã 1. misce, puluerizа grosso modo, & fiat sacculus qui aspergatur aqua absynthij, & sic tepidus applicetur stomacho.

Epithima contra debilitatem uentriculi frigidi.

Accipe mentæ, absynthij, pulegij, singulorũ M. 1. spicæ celticæ drachmã 1. serpilli sicci drachmas 2. fiat decoctio in libris quatuor aquæ usq; ad consumptionẽ tertiæ partis: & deinde in dicta decoctione calida madefiat spongia, & stomacho applicetur.

Epithima ad debilitatem stomachi frigidi.

Vnguentum contra debilitatem stomachi propter humiditatẽ. Accipe olei de absynthio, olei de spica, olei rosati, singulorũ unciã 1. pulueris absynthij, rosarum rubearum, rutæ, maioranæ, singulorũ scrupulum unum: pulueris corallorum rubeorum, coriandrorũ præparatorum, singulorum scrupulũ 1. misce omnia puluerizando, & cũ modico ceræ fiat unguentũ pro uentriculo.

Vnguentũ contra stomachi debilitatem ob humiditatem.

STOMACHVM *infrigidantia simplicia.*

## CAPVT VIII.

VENTRICVLVM infrigidantia simplicia sunt solanũ, plantago, portulaca, semperuiua, cucurbitæ, melones, citrulli, cucumeres, poma granata, arantia, cytonia, spica, pira, agresta, acetositas citri, uinum berberis, prunellæ, sorbæ, mespuli. Composita sunt syrupi magistrales.

Simplicia infrigidantia ventriculum.

Vnguentũ contra debilitatem stomachi calidi. Accipe olei rosati unciã 1. coriandri præparati, rosarum rubearum, seminis acetosæ, seminis citoniorũ, berberis, singulorũ scrupulũ 1. pistentur omnia miscendo, & cũ pauca cera fiat unguentum pro stomacho ante pastum.

Vnguentũ pro stomacho calido.

Sacculus contra debilitatem stomachi calidi. Accipe rosarum rubearum unciã 1. seminis acetosæ, coriandrorum præperatorũ, singulorũ drachmã 1. puluerizentur mediocriter, & in sacculo ponãtur, & aspergatur aqua

Sacculus ad idem.

rosarum tepida, & applicetur supra locum.

Epithima cōtra debilitatem stomachi propter siccitatē.

Epithima ad siccitatem stomachi.

Accipe florum maluæ, uiolarum, furfuris, singulorū M. semis: florū camomillæ M. 1. fiat decoctio in libr. 6. aquæ usq; ad consumptionem medietatis, & infundatur spongia, & facta expreßione stomacho applicetur.

Vnguentū contra uomitū & relaxationem stomachi.

Vnguentū cōtra uomitū & relaxationē uentriculi. Accipe olei rosati, olei de menta, de absynthio, sigulorum unciam 1. mentæ siccæ, corallorum rubeorum, rosarum rubearum, singulorum scrupulum unum, terenda terantur, & cum pauca cera fiat unguentum.

DE SIMPLICIBVS alterantibus Iecur calefaciendo.

## CAPVT IX.

Epar calefacientia.

CALEFACIENTIA iecur simplicia sunt, eupatorium, absynthiū, fumaria herba, assarum, radices quinq; cōmunes calidæ, scilicet, apij, feniculi, petroselini, brusci, & asparagi. Composita sunt syrupi ex illis compositi.

Vnguentū pro epate calefaciendo.

Vnguētum calefaciens epar. Accipe succi absynthij, succi eupatorij, singulorū unciā semis, olei de absynthio uncias 2. misceantur, & cū pauca cera fiat unguentum.

SIMPLICES medicinæ infrigidantes Iecur.

## CAPVT X.

Semina frigida quæ maiora, & quæ minora.

SIMPLICIA infrigidātia epar sunt, portulaca, lactuca, scariola seu endiuia, rosa, solanū, nenuphar, acetum, berberis, quatuor semina frigida maiora scilicet melonis, cucurbitæ, cucumeris, citrulli. Et minora, quæ sunt semen scariolæ, lactucæ, portulacæ: aliqui ponunt

semen

semen endiuiæ, sed uera endiuia est scariola. Composita sunt syrupi facti ex illis simplicibus. Vera endiuia est scariola.

Epithima infrigidans iecur. Accipe aquæ scariolæ, nenupharis, aquæ solani, rosarum, singulorum uncias 2. aceti drachmas 3. & agitentur in ampulla, deinde madefiat pannus lini, & post expreßionem applicetur regioni epatis. Epithima infrigidans epar.

Vnguentum infrigidans iecur. Accipe olei de nenuphare, olei rosati, singulorum uncias 2. pulueris rosarũ rubearum drachmam 1. & semis, muscilaginis, psilij, drachmas 4. cum modico ceræ ablutæ in aqua rosarum, fiat unguentum, quo ungatur iecur ante pastum post mediocrem euacuationem. Vnguentũ infrigidãs iecur.

Sacculus infrigidans iecur. Accipe rosarum, florũ nenupharis, singulorũ unciã semis, corallorũ rubeorũ, drachmas 2. berberis drachmã 1. & semis, terantur oĩa leui trituratiõe, & ponãtur ĩ sacculo, & dũ uolueris applicare asperge sacculũ cũ aqua nenupharis uel rosarũ. Sacculus pro epate.

## CALEFACIENTIA SPLENEM. CAPVT XI.

SPLENEM calefaciẽtia & alterãtia sunt, Tamariscus, lingua ceruina, nasturtiũ, calamẽtũ, rubea tinctorũ, capparũ cortices, radices gentianæ, thimus, epithimus, aristologia, amygdalæ amaræ: semen anisi, cucustæ, carui: radices quinq; scilicet fœniculi, apij, petroselini, brusci, asparagi: itẽ radices fraxini & acori. Composita sunt syrupi ex illis compositi. Alterãtia splenem.

Epithima resoluẽs uẽtositatẽ splenis. Accipe foliorũ mentastri, rutæ, singulorum M. semis, salis drachmam 1. fiat Epithima ad ventositatem splenis.

decoctio in lib. 2. & semis aceti albi usq; ad cõsumptionẽ medietatis, deinde infundatur spongia uel filtrum.

Emplastrũ cõtra duritiem splenis.

Emplastrũ contra uẽtositatem & duritiem splenis. Accipe hyssopi hũidæ unciã. 1. & semis, pulueris radicis ireos, succi absynthij, apij, mentastri, rutæ, singulorum drachmas 2. corticũ radicũ capparũ, tamarisci, genestæ, fraxini, singulorum drachmã 1. salis unciã semis, olei de capparibus, olei irini, olei laurini, singulorũ unciã 1. semi nis lini drachmas 3. misce incorporãdo ad lẽtũ ignẽ, dein de extẽdatur super linũ uel coriũ, & calidũ applicetur.

Vnguẽtum ad duritiẽ splenis.

Vnguẽtũ cõtra duritiẽ splenis. Accipe foliorũ maluæ, bismaluæ, radicũ lilij, singulorũ unciã semis, farinæ, seminis feni græci, lini, singulorũ drachmas 2. caricarũ pinguium, passularũ enucleatarũ, singulorũ unciã semis, pistentur omnia simul & infundantur per horas octo in forti aceto, deinde bulliãt in aqua usq; ad spißitudinẽ, & postea adde unguẽti dialteæ, olei amygdalarũ dulciũ uncias 2. & cũ pauca cera fiat unguẽtũ, quo lien ungatur.

Aliud ad vẽtositatem & dolores.

Vnguentũ aliud cõtra uentositatẽ & dolorẽ splenis. Accipe picis naualis, corticũ radicũ caparorũ, seminis sinapis albi syluestris, foliorum & radicũ linguæ ceruinæ, singulorum drachmam 1. muscilaginis, seminis lini, feni græci, singulorũ drachmas 2. olei irini, olei laurini singulorum drachmas 3. pulucrizanda pulverizentur, misce, & cum cera fiat unguentum pro splene.

Sacculus resoluens ventositatem.

Sacculus resoluens uentositatem splenis & uentris. Accipe panici uel milij, furfuris, tritici, salis mediocriter triti singulorum uncias 2. & calefiant in uase terreo cõtinuè agitando, & postea ponãtur in sacculo, & sic calidus

lidus applicetur. Medicinæ uero ſplenem infrigidantes ſunt lactuca & ſcariola, acetum, & quatuor ſemina frigida maiora. Et ea quæ infrigidant Epar, etiam ſplenem infrigidant.

## DE ALTERANTIBVS Renes calefaciendo.

## CAPVT XII.

CALEFACIENTIA Renes & ueſicā ſunt pentaphillon, arthemiſia, parietaria, ſaxifragia, eruca, urtica & ſemen eius, brodium cicerum rubeorū, iuniperus, granum pini, ſpica celtica.

Epithima calefaciens renes. Accipe parietariæ, ſaxifragiæ, arthemiſiæ, ſingulorum M. ſemis, granorū iuniperi drachmas 2. ſpicæ celticæ drachmā 1. fiat decoctio in lib. 6. aquæ uſq; ad conſumptionem medietatis: & infundatur ſpongia uel filtrum, & facta expreſſione renibus applicetur. Epithima calefactiuū Renū.

Balneum in dolore Renum uel ueſicæ aut uirgæ ex calculo, quod aperit & mollificat meatus. Accipe ſenationum, parietariæ, maluæ, biſmaluæ, feniculi, caulium, abrotani, ſingulorum M. 1. cicerum rubeorum M. 1. & ſemis, ſeminis aniſi, maratri, cymini, carui, ameos, ſingulorum unciam ſemis, tribuli marini, ſeminis lini, feni græci & altheæ, ſingulorum unciam 1. miſce, & fiat decoctio ad libras centum aquæ, & ponatur in uaſe, in quo ſedeat patiens, qui in introitu balnei ſumat drachmā 1. pulueris millij ſolis cum uino albo odorifero, & ſtet ibi per horam faciendo continuè in balneo embrocationes locis doloroſis. Balneum in dolore Renū.

## DE SIMPLICIBVS INFRIgidantibus Renes & Vesicam.

## CAPVT XIII.

Ad renes. INFRIGIDANTIA renes & uesicam sunt, nenuphar, scariola siue endiuia, lactuca, portulaca, papauer, uirga pastoris, plãtago, semperuiua, uinum citoniorũ, quatuor semina frigida maiora & minora.

Epithima infrigidans renes. Epithima infrigidãs renes. Accipe aquæ lactucæ, rosarũ, scariolæ, singulorũ uncias 2. albumina ouorũ recẽtiũ 2. misce fortiter agitãdo, deinde cũ stuppa infusa renibus applicetur. Potest fieri cum fortioribus, ut sunt aqua semperuiuæ, uermicularis, nenupharis, & cucurbitæ.

Vnguentum infrigidans. Vnguentũ infrigidãs renes. Accipe olei uiolati, rosati singulorũ unciã 1. aceti drachmas 2. misce cũ cera, fiat unguentũ. Et si uelles fortius infrigidare, adde oleum de nenuphare & de succo semperuiuæ, uel alijs de alijs frigidioribus. Scias quòd quæ ualẽt epithimata & embrocationes sacculi & unguenta in epate ad infrigidandũ, etiam ualent renibus ad infrigidandum.

## DE ALTERANTIBVS matricem calefaciendo.

## CAPVT XIIII.

Ad matricem. CALEFACIENTIA matricem sunt, Calamentum, pulegium, arthemisia, sauina, ruta, rubea tinctorum, iuniperus.

Balneũ calefaciens matricẽ. Balneum calefaciẽs matricẽ. Accipe Sauinæ, arthemisiæ, florum camomillæ, rubeæ tinctorum, singulorũ M. 1. calamenti

calamenti absynthij, origani, singulorum M. semis, rutæ, anisi, maratri, siseleos, singulorum unciam semis, fiat decoctio in libris centum aquæ usq; ad consumptionem tertiæ partis, deinde ponatur in alio uase apto, ut intus mulier sedeat usq; ad umbilicum & sedeat intra supra sacculum repletum herbis iam dictis per horã uel plus.

Et potest fieri cum dictis herbis stuffa, ita ut fumus dicti balnei per scamnum perforatum ad partes pudibundas transeat, omnia obturando pannis, ne fumus exeat, & sic stet per horam. Stuffa.

Pessarium prouocans menstrua. Accipe radicum gẽtianæ drachmas 3. seminis iuniperi unciam 1. radicum rubeæ tinctorum, origani, singulorum unciam semis, nigellæ drachmas 3. misce, fiat decoctio in libris tribus aquæ ad consumptionem medietatis & coletur, deinde addantur colaturæ succi mercurialis unciæ 2. succi cucumeris asinini uncia 1. carnium ficuum pinguium uncia 1. & semis, & diligentissime misceantur, deinde formetur pessarium de bombice ad formam magni digiti cum filo longo appenso, & quando erit necesse balneetur in dicto liquore & imponatur secundum quòd oportet ligando filum ad sciam. Pessarium ad prouocandum menstrua.

Et si oportet, ut fortius operetur, Accipe rubeæ tinctorum, croci, singulorum drachmas 3. fiat puluis, & pessario addatur. Aliud fortius.

Vnguenta calefacientia matricem sunt unguenta cõfortantia renes, & locus unctionis matricis ab extra est pars, quæ est inter caudam & renes, & in parte anteriori pectinis, id est supra pudibunda. Vnguẽta matricẽ calefaciẽtia. Locus unctionis matricis est supra pudibunda.

## QVAE MATRICEM INFRIGIDANT.

## CAPVT XV.

Matricē infrigidantia.

INFRIGIDANTES matricem ſunt nenuphar, ſcariola, lactuca, roſa, ſemperuiua, cucumer, uirga paſtoris, portulaca, papauer album, uinum citoniorum, & ſemina communia frigida maiora & minora.

Balneum infrigidās matricē.

Balneū infrigidās matricē fieri debet ex lactucis, roſis, nenupbare, papauere, uirga paſtoris, ſalicibus, maluis, ſeminibus frigidis, & fiat ut ſuperius dictū iam eſt.

Vnguenta infrigidantia matricē ſunt unguenta quæ infrigidant caput & renes, & debent applicari ſupra pudibunda in parte anteriori.

## DE ALTERANTIBVS IVNCTVRAS medicinis calefaciendo.

## CAPVT XVI.

CALEFACIENTIA iuncturas ſunt ruta, naſturtium, roſmarinus, ſaluia, hypericon, camomilla, melilotū, ſinapis, ſcylla, caſtoreū, ſtercus caprarū, uaccarū, oleū petroleū, oleū phiſticorū, oleū iuniperi, oleū uulpinum, oleū de ranis, de fraxino, emplaſtrum de ſinapi.

Nobile vnguētum calefaciēs iuncturas.

Vnguentum nobile calefaciēs iuncturas. Accipe uini maluatici, olei antiqui, ſingulorū uncias 4. ſeminis rutæ, abrotani, ſingulorū drachmas 3. caſtorei drachmā 1. piſtētur piſtāda diligēter, & ſimul decoquātur uſq; ad cōſumptionem uini, & cum cera fiat unguentum.

Aliud.

Aliud ad idem. Accipe olei de fraxino, olei uulpini, ſingulorum unciam 1. ſucci abſynthij, ſucci ſaluiæ, ſucci rutæ, ſingulorum unciam ſemis, baccarum lauri, iuniperi, caſtorei, ſingulorum drachmam 1. & ſemis, miſce,

terenda

terenda terãtur, & cum modico ceræ fiat unguentum. Possunt etiam fieri balnea & stuffæ ex herbis iam dictis, modo iam superius posito.

INFRIGIDANTIA IVNCTVRAS.

CAPVT XVII.

SIMPLICIA infrigidãtia iuncturas sunt, Rosæ, uiolæ, semperuiua, lactuca, scariola, solanum, ioscyanus, folia salicis, folia uitis, grana myrtillorum, bolus gallicus, albumina ouorũ, muscilago psilij, acetum. Olea frigida & unguenta sunt, unguentum populeon, oleum rosatum, oleũ mãdragoræ, de nenuphare & uiolatum. Potes facere balnea, Embrocationes infrigidantes iuncturas ex herbis, ut sunt nenuphar, solanũ, lactuca, semperuiua, folia uitis albæ, folia salicis, rosæ, uiolæ, scariola & ex similibus frigidis. Infrigidantia iuncturas.

# LIBER III.

## DE SYRVPIS LAXATIVIS.

### SYRVPVS MERCVRII.

### CAPVT I.



ACCIPE succi mercurialis purificati lib.3. sacchari lib.2. fiat syrupus secundũ artẽ, uel potest sic fieri. Accipe succi mercurialis lib. 4. decoque in uase uitreato super prunas cum facilitate, usq; dum consumatur tertia pars ipsius, deinde coletur & dimittatur donec clarificetur, & accipe ex eo quod est clarum, & infunde super ipsum ex iulep uiola- Vtilitas Syrupi mercurij.

Vtilitas syrupi mercurij.

to lib. 3. & coquatur donec inspissetur. Iste syrupus potest dari in febribus arsiuis & colericis, quando uolumus lenire uentrem, & maximè in crastinum post clyster. Potest etiam fieri cum melle despumato in non febrientibus: sed in febribus satius est cum saccharo aut cum iulep uiolato.

Mercurialis herba. Oribasius.

Mercurialis herba, ut scribit Paulus, uentrē subducit efficaciter, & pigmenta digerit. Et, ut inquit Oribasius, mouet leniter uentrem & bilem purgat.

## SYRVPVS SAMBVCINVS.
## CAPVT II.

Syrupus solutiuus.

ACCIPE succi sambuci, succi ebuli, singulorum lib. 3. sacchari albi lib. 4. fiat syrupus secundum artem. uel sic. Accipe succi florum sambuci & ebuli, singulorum lib. 3. decoque in uase uitreato super ignē cum facilitate: usq; dum consumatur tertia pars ipsius, deinde coletur & dimittatur donec clarificetur, & post accipe ex eo quod est clarū lib. 4. & funde super ipsum ex iulep uiolato lib. 3. & coquatur donec eius aquositas consumatur.

Sambucus & Ebulus inquit Paulus ambæ arefaciendi uim habent: & tam potæ quam etiam comestæ hydropicorum aquam subducunt. Purgant pituitam & bilem elixa olerum modo utriusq; folia. Prodest syrupus iste hydropicis & aquas ex corpore pellit, purgat pituitam & bilem. Prodest & contra uiperarum morsus, fœminarum locos mollit & aperit, podagricis etiam opitulatur.

SYRVPVS

SYRVPVS CORYMBORVM
Sambuci & Ebuli.

CAPVT III.

Accipe Corymborum perfectè maturorũ siue baccarũ maturarũ Sambuci & ebuli lib.6.extrahatur uinũ siue succus in torculari, & ex illo accipe lib.4.bulliat ebullitione una, dispumetur & depuretur. Et accipe ex depurato lib.3.sacchari albi lib.2. & coquantur cum facilitate donec fiat syrupus.

Syrupus familiaris.

SYRVPVS DE SVCCO ROSARVM.

CAPVT IIII.

Accipe succi rosarũ rubearũ depurati lib.4. sacchari albi aut penidiarũ lib.2. semis.fiat syrupus secundũ artẽ.Iste syrupus est laxatiuus, & si fieret de rosis non uerè rubeis esset magis laxatiuus. Vsus enim earum à paucis annis ad nos peruenit, sunt enim pallidæ non ueræ rubedinis,sed potius uiolaceæ. Si fieret ex rosis quæ in rubis & cãpis inueniũtur esset syrupus magis aromaticus,& si ex Damascenis adhuc magis.

Iste syrupus a multis scribit.

Rosæ non verè rubeę sunt magis laxatiuæ alijs.

SYRVPVS REGIS PERSARVM,
qui fit ex floribus persicorum.

CAPVT V.

Accipe succi florũ persicorũ in torculari expressorum & depurati lib.4.sacchari albi uel mellis bene dispumati lib.2.& semis,fiat syrupus, ut decet,perfectè coctus:& loco sacchari posset poni iulep rosatus factus ex aqua rosarũ, & si times eius laxationem addas cum succo florum persicorum uncias.4. succi florum borraginis. Iste Syrupus non est in usu, nec inuenitur

Syrupus iste est laxatiuus.

Apud Græcos non reperitur flores persicorum esse laxatiuos. Serapio.

inuenitur flores esse laxatiuos, apud authores Græcos. Serapio tamen authoritate Abenmesuai ita scribit. Quando teruntur folia & flos eius, & exprimuntur, & bibitur expressura illa eijcit ascarides cum fluxu uentris, & quando succus foliorum inijcitur in aurem, occidit uermes, qui sunt in ea. Virtus persicorũ secundũ Galenũ, prima infrigidat & humectat: & uirtus secũda est uirtus, quæ abstergit & resoluit: & tertia uirtus occidit lũbricos, quãdo terũtur & ponũtur super umbilicum.

Virtus persicorum.

SYRVPVS DE POLYPODIO.

CAPVT VI.

Valde vtilis est syrupus iste.

ACCIPE polypodij ex quercu fortiter cõquassati & recẽtis libras 2. succi borraginis, succi pomorum dulcium redolentium singulorum libras 2. succi herbæ fumariæ librã semis: croci drachmã unã: sacchari uel mellis electi libras 4. Fit autem sic. Polypodium proijciatur in succos per diem & noctem post contritionem eius, deinde bulliat ebullitione una aut duabus, post cum saccharo uel melle bene dispumato fiat syrupus. Crocus autem cõfricetur in panno, & eius decoctioni addatur, & fiat ut decet.

Iste syrupus cõfert maniæ & melãcholiæ ex adustione flauæ bilis, ac omnibus ægritudinibus ex bili atra prouenientibus.

SYRVPVS FVMARIAE HERBAE.

CAPVT VII.

Digerit melancholiam.

ACCIPE semis cartami cõquassati unciã 1. polypodij pariter cõquassati uncias 3. uiolarũ, cucustæ, florũ sambuci, & ebuli, singulorũ unciã 1. et semis,

coquantur

coquātur cū lib.8.aquæ usq; ad tertiam partē, & accipe succi herbæ fumariæ cocti & despumati lib. 2. Sacchari uel mellis electi despumati lib.2. da unciā 1. uel 2. cū decoctione pectorali uel alia secundum medici discretionem.

Cōfert iste syrupus flauæ bili adustæ, scabiei, & prurigini, pustulis, & ægritudinibus ex salsa pituita: & epatis & splenis obstructiones aperit, cōfert morbo regio ex utraq; bili tam flaua quàm atra & colorem efficit pulchrum.

### DE SYRVPIS LAXATIVIS FORTIORIBUS, quibus medicus sapiens uti potest cum præmeditatione.

### SYRVPVS DE AGARICO.

### CAPVT VIII.

Accipe agarici Briāsonis gallici albi leuis & rotūdi unciā 1. & semis, seminis cartami cōquassati unciā 1. succi lupulorū & cicoreæ, & borraginis, singulorū lib.1. & semis, succi pomorū redolētium lib. semis. Sacchari albi uel mellis bene despumati lib.4. & fiat sic. Agaricus & cartamus proijciātur in succis per diē & noctē post cōtritionē illorū. Deinde bulliāt ebullitiōe una aut duabus cū drachma dimidia salis gēmæ, & postea cū saccharo fiat syrupus, & utatur secūdū discretionem medici, & præmeditatione bona. Agaricus bonus est medicina gloriosa.

Iste syrupus pituitā purgat ac secūdo bilē flauā educit cū facilitate, ualet suspiriosis, & intestinorū torminibus, lienosis, facit & ad coxendicis articulorūq; dolores, & comitialē morbū, si bibatur, aduersatur uenenis oībus: in uniuersū interioribus uitijs accommodatus est. Vtilitas syrupi de Agarico.

## SYRVPVS ARTHANITAE SIVE CYCLAMINIS.

## CAPVT IX.

Vtaris isto syrupo cũ præmeditatione.

ACCIPE succi cyclaminis siue arthanitæ libras 2. semis, succi foliorũ lauri unciam 1. succi granatorum muzorum unciam semis, succi borraginis lib. semis, & decoquantur lento igne donec inspissentur addẽdo sacchari albi uel mellis dispumati lib. 2. & cola, & utere cum præmeditatione & prudentia.

Iste syrupus aquam & pituitam per inferna trahit, menses cit, bibitur & cum uino contra uenenata omnia, aduersatur serpentũ iniurijs, aluum mollit, uerũ abortum facit, lienes minuit, solutione educit pituitã musci laginosam, ac aquã per inferna trahit, incidit, calefacit, subtiliat, resoluit, abstergit, mundificat & obstructiones aperit: utaris eo tamen cum præuisione.

## DE SYRVPO IREATO.

## CAPVT X.

Valet aquæ intercut.

ACCIPE succi florũ ebuli & sambuci, succi fœniculi, singulorũ lib. semis, succi ireos Illyrici si inueniri poßit uel Florẽtini aut Gallici lib. 2. decoquãtur leui igne, postea adde sacchari albi uel mellis dispumati lib. 2. & iterum bulliant, cola, & utere.

Ad dolorem capitis.

Iste syrupus ualet ad dolorem capitis, natura eius est calefacere, extenuareq́; , tußi utilis, purgat crassa, & biliosa, somnum conciliat, ducit menses, aquam hydropicorum educit per inferna loca. Vtaris illo cum prudentia.

SIRVPVS

SYRVPVS REGIS MEDORVM lenitiuus ac familiaris.

CAPVT XI.

Accipe succi rosarũ albarum, succi uiolarũ, succi maluarũ, succi bismaluæ, succi atriplicis, succi caulium rubeorum, succi borraginis, singulorum unciã 1. semis, succi granorũ ebuli, & mercuralis, singulorũ lib. semis, coquantur cũ facilitate usq; ad mediũ, & cũ lib. 2. sacchari fiat syrupus perfectè coctus. Syrupus familiaris.

Iste syrupus est lenitiuus, lenit enim pulmonẽ & thoraca, calculos conterit, somnum adducit, bonam facit aluũ, inflãmationes febriũ sedat, tußim mitigat, aquam hydropicorum & menses cit. Sacris ignibus & lepris medetur, bilem atram & flauam educit, letalibus uenenis omnibus accomodatum est, iuuat uesicam & renes mundificat, febres ardentes mitigat, si cum aquis frigidis ac decoctionibus detur bibendum.

# LIBER IIII.

## DE PVLVERIBVS CORdialibus ac electuarijs.

### PVLVIS SPECIERVM LIBANOTIDIS.

### CAPVT I.



Accipe roris marini sicci, mentæ siccæ, saluiæ, maioranæ, serpilli, satureiæ, singulorũ unciam semis, puluis corallorum rubeorum drachmas 2. pulueris liquiritiæ drachmam 1. & semis, puluerizentur omnia, & postea misceantur, fiat puluis. Puluis cordialis.

Iste puluis torminibus medetur, & contra serpentū morsus cum uino utiliter bibitur, menses & urinam trahit, comitialibus & uetustis pectoris uitijs succurrit, expellit uentositates, paralyticis prodest, stomachū corroborat, rotundos lumbricos necat, contra canum morsus opitulatur. Ex isto puluere potest fieri electuarium in tabulis sic.

Electuariū in tabulis.

Accipe pulueris specierum libanotidos drachmas 3. sacchari albi dissoluti in aqua mētæ uel saluiæ uncias 3. fiat Electuariū in tabulis, capiat ante pastum horis duabus tabulam unam de drachma 1. & semis, potest fieri in forma molli, sic. Accipe pulueris specierū libanotidis unciam semis, sacchari uel mellis bene despumati electi uncias 6. cum syrupo rosato, fiat electuariū, capiat ante pastum drachmas 2.

Aliud in forma liquida.

## PVLVIS SPECIERVM AROMAtici rutacei.

## CAPVT II.

Puluis singularis.

Accipe rutæ siccæ unciā 1. mentæ siccæ, thymi, ocymi, singulorū drachmas 6. croci drachmā 1. matricariæ unciā semis, pistētur, & fiat puluis, & seruetur, ex illo puluere potest fieri electuariū in tabulis, sic.

Electuariū in tabulis.

Accipe pulueris specierū aromatici rutacei unciā semis, sacchari dissoluti in aqua saluiæ uncias 4. fiat electuariū in tabulis, capiat ante pastū tabulā unā. Iste puluis ualet ad lumbricos, ualet & cōtra uenena omnia, calefaciendi, abstergendi, siccandiq; uires habet. Singultus præterea uomitus & bilis profluuiū, quod choleram dicunt, sedat. Suspiriosis & in difficultate spiritus non nisi recta

recta ceruice spirātibus opitulatur. Concretos sanguinis grumos disijcit, urinā cit, oculorū caligines abstergit, succurrit stomachi doloribus & pectoris.

PVLVERIS AROMATICI SAMPSUCCHINI.

CAPVT III.

Accipe maioranæ siccæ unciā 1. mentæ siccæ drachmas 2. thimi drachmas 3. rutæ unciam semis, pulueris liquiritiæ drachmas 3. saluiæ unciā semis, fiat puluis, & misceantur. Maiorana est basis.

Iste puluis calefacit & arefacit, resoluit & subtiliat, obstructiones cerebri aperit, confert paralysi & torturæ oris, ac emicraneæ, attrahit humiditates malas à cerebro, menses trahit, stomachum confortat, suspiriosis opitulatur, lumbricos necat, uenenis remedium exhibet præsentaneum. Potest ex puluere fieri Electuarium sic. Accipe pulueris specierū aromatici sampsuchini unciā 1. sacchari dissoluti in aqua mentæ uncias 6. fiat electuarium in tabulis, uel cum melle electo despumato fiat in forma liquida.

PVLVIS SPECIERVM AROMATICI THYMBRÆ.

CAPVT IIII.

Accipe satureiæ unciā 1. serpilli, thymi, mētæ, saluiæ, singulorū unciā semis, terātur omnia & fiat puluis. Iste puluis uenerē suscitat, in cibis sumptus, urinā cit, stomachū cōfortat, facit & ad tormina, capitis dolorē sedat addito rosaceo, decoctus mox cū aceto inspersum rotundos lūbricos necat, singultus præterea Valet ad lumbricos.

uomitus & bilis profluuium, quod choleram dicunt, sedat, paraliticis prodest.

Electuarium. Potest fieri ex isto puluere tale electuarium. Accipe pulueris specierum aromatici thymbræ unciā 1. sacchari dissoluti in aqua saluiæ uncias 6. fiat Electuarium in tabulis, capiat ante pastū. Et cū melle despumato potest fieri electuariū liquidū & in forma opiatæ.

## PVLVIS SPECIERVM ELECTVARIJ contra pestem.

## CAPVT V.

Singulare contra pestem. ACCIPE rutæ siccæ, rorismarini, singulorum unciā 1. seminis citri, limaturæ cornucerui, singulorum unciā semis, seminis acetosæ drachmas 2. boli non Armeni sed Allobrogici & Gallici unciam semis, pulueris corallorū rubeorū, rosarum rubearum, seminis limonū, singulorū drachmā 1. seminis iuniperi drachmas 2. fiat puluis subtilis, & cū melle despumato & syrupo de limonibus fiat electuariū liquidū in forma opiatæ, capiat omni mane ad quantitatem paruæ nucis uel castaneæ, ualet enim contra uenena, & præseruat usus eius à peste, confortat cor & cerebrum.

## AROMATICVM DAMASCENVM.

## CAPVT VI.

Aromaticum damascenum. ACCIPE rosarum damascenarum uncias 2. rosarum siluestrium rubi unciā 1. liquiritiæ rasæ drachmas 7. pulueris margaritarū scrupulos duos, syrupi rosati quantū sufficit, fiat electuariū, capiat ante pastum ad quantitatem castaneæ.

Istud electuariū stomachū & cor cōfortat, & omnia

uiscera

uiscera: iuuat febricitantes ex flaua bili, iecur cōfortat, iuuat etiam calida capita.

DYAMARGARITON.

CAPVT VII.

ACCIPE seminis portulacæ, seminis acetosæ, seminis papaueris albi, seminum frigidorū maiorum omnium mundatorum. rosarum rubearum, florum nenupharis, borraginis singulorum drachmas 2. coralli rubei drachmā 1. semis, unionum seu perlarum electarum drachmas 3, misce simul. Valet cardiacis, tristibus, & ad omnē cordis debilitatem, & stomachi fastidiū.

Puluis dyamargaritonis.

PVLVIS SPECIERVM dyacoralli.

CAPVT VIII.

ACCIPE seminum acetosæ, portulacæ, citri, limonum, scariolæ, singulorum drachmas 2. limaturæ cornu cerui drachmas 3. margaritarum drachmā semis, pulueris corallorū rubeorum drachmam 1. semis, foliorum auri XII. numero, fiat puluis. Et posset sic fieri electuarium. Accipe pulueris specierū dyacoralli drachmas 2. sacchari rosati tabulati dissoluti in aqua uiolarū uncias 6. fiat electuarium in tabulis. Valet in febribus ex flaua bili, confortat cor & uiscera omnia.

Dyacoralli

Valet in febribus.

# LIBER V.

## DE LAPIDIBVS ET METALLIS & Gemmis in Gallia repertis.

### DE MARGARITIS ET VNIONIBVS.

### CAPVT I.

De fontibus Lotharingis.



VNT IN Lotharingia, quæ pars est Galliæ Celticæ, in ualle Vosaga fontes inter res memorabiles nõ omittendi, gẽmarum & margaritarum adeo feraces, ut ferè maior pars Germaniæ solis his gẽmis utatur, quæ à quibusuis uel exteris artis lapidariæ peritis non solum comprobantur, uerum & Indicis & orientalibus lapillis nec perperàm præferuntur. Nascuntur Margaritæ & in Taprobane insula in Persico sinu maris rubri circa Arabiam, in littore etiam Britannico, ueluti Iulius Cæsar ex inscriptione testatus est subdita Thoraci, quem è Britannicis margaritis Veneri genitrici dicatum in templo eius posuit.

Vniones frigidi sunt & aridi in secundo ordine.

Sunt uniones frigidi & aridi ordine secundo, conferunt obscuritati uisus, & albedini oculi, retinent menses, abstergunt dentes, desiccant humiditates, conferunt cardiacæ & tremori cordis, clarificant sanguinem cordis, & (ut scribit Isaac) temperatæ sunt in caliditate & frigiditate, ariditate, & humiditate. Razes tamen illas frigidas & aridas in secundo ordine ponit cum subtilitate pauca.

Isaac.

Razes.

DE CALCIDONIIS.

CAPVT II.

IN LOTHARINGIA etiam naſcuntur Calcidonij miræ magnitudinis, ita ut ex uno fruſtro permagnum calicem apud Leucorum Antiſtitem fabrefactum egomet ſum conſpicatus. Calcidonius Calcophanos dicitur, clarificat uocem & prohibet raucedinem. Si ferro uel ære percutiatur, uocem ſonoram ac dulcem reddit, ſi ab homine (ut dicunt) caſto portetur. Eſt autem Calcophanus ſonorus ac dulcis inſtar æris. De Calcidonijs Lotharingorum.

DE LAPIDE LAZVLI SIVE CYANEO.

CAPVT III.

EST IN eadẽ Gallia Lotharinga Lapis Lazuli (quem uulgo Aſurum uocant) qui inter laudatiſsimos quoq; colores omnium conſenſu facile obtinet palmam, præſtabilis minera, ex qua foſſores haud paruũ ſibi contrahunt incrementum. Leonicenus lapidem Lazuli ſiue ſtellatũ dicit eſſe eundem cum Cyaneo: quãuis Manardus uideatur dicere contrarium. Theophraſtus dixit dum teritur in quatuor mutari colores candidiorẽ, nigriorem, craſsiorem, tenuiorem. De Cyano dicit Galenus quòd acris purgatoriæ & diſcuſsiuæ uirtutis ſit cũ quadam ſtipticitate. Et ut Meſues inquit ſolutione educit melancholiam. Græci tamen nullam talem uim ei adſcribunt: ſed uidentur hæ uires ab Armenico deriuatæ. Arabes enim utrunq; confundunt. Auerrhous & Serapion ſub Lazuli nomine de Armenio tractant. Auicenna de Azulo ſcribens, ferè ei omnes uires attribuit, quas Græci

Lapis Lazuli. Leonicenus. Manardus. Theophraſtus. Galenus de Cyano.

utriq; tribuunt: de Armenio uero ſcribens ferè ei omnes uires attribuit, quas Græci: ſolum addens, quòd atrā bilem magis purgat quàm Cyaneus. Et ut Leonicenus ſcribit Lapis Lazuli perniciosiſsimus eſt ac putrefactiuus, quicquid Manardus alioqui uir doctiſsimus aſſerat, quātūcunq; etiam abluatur. remoueri enim non poteſt eius uenenoſitas, quæ abdita eſt in ſubſtantia, per ablutionem. Experimentum unicum Manardi non facit ſcientiam, quemadmodum una hirundo non facit uer, nec una dies æſtatem. oportet autem plures ſingulares fore ueras ad concludendum uniuerſalem eſſe ueram, ueramq; inductionem. Ex pluribus enim particularibus ueris conſtare debet inductio.

Manardus reprobatur hic.

Venenoſitas a Lapide lazuli remoueri non poteſt.

## DE ALABASTRO.

## CAPVT IIII.

ALABASTRITES lapis eſt candidus, hunc cauant ad uaſa unguentaria, quoniam unguenta optimè ſeruare dicitur incorrupta. Naſcebatur olim circa Thebas Aegyptias ad Damaſcum Syriæ cæteris candidior, ſed probatiſsimus erat in India, nunc uero probatiſsimus eſt in Gallia Allobroga. Alabaſtrites, ut ſcribit Dioſco. mollit & laxat, deniq; durities & ſtomachi dolorem ceroto admixtus ſedat. huius etiam uirtus quòd fluxum ſanguinis prouocat & augmentat. Eſt & apud Allobroges coloris nigri Alabaſtrites, & alius coloris mellei in uertice maculoſi atq; non translucidi. Ex Alabaſtrite Altaria, Columnæ & quamplurima ædificia nunc apud Lugdunum conſtruuntur, & indies ornantur templa.

Alabaſtrites lapis Allobrogus.

Ex Alabaſtrite ædificia plurima conſtruūtur Lugduni.

DE CRI

DE CRISTALLO.

CAPVT V.

CRISTALLVS, ut Germanus ille Albertus ſcribit, quandoq; ex frigore, & aliquãdo ex niue generatur. Sicut & nos ſæpius experti ſumus & in Gallia Allobroga prope Brianſonem, ubi quãplurimi inueniuntur. hic lapis frigidus oculo ſolis oppoſitus ignem eijcit, & dicitur etiam ſitim reſtringere ſub lingua poſitus: & expertum eſt quòd tritus cum melle mixtus à mulieribus acceptus replet ubera lacte: & ut inquit Dioſco. Criſtallus uires habet ſtipticas, & dederunt hunc ad generãdum lac.

Criſtall⁹ aqua eſt congelata.

Replet ubera lacte.
Dioſcorides.

DE CORALLIO.

CAPVT VI.

CORALLION Græci & Romani Corallium dicunt, alij lapideam arborem uocant, maris creditur planta eſſe, durariq; cum ex profundo maris ducta, à circũfuſo nobis aëre ueluti candens & in aqua merſum temperatur & ſolideſcit. Inuenitur plurimum Coralliũ ad promontorium Siciliæ prope Syracuſas, ac in mari Gallico: probatiſsimum eſt quod rubet. Adſtringit Corallium leuiter & refrigerat, coërcet excreſcentias, oculorum cicatrices exterit, concaua explet, & ad cicatricẽ perducit, contra ſanguinis excreationes efficaciſsimum eſt, confert urinæ anguſtijs, lienem præterea minuit cum aqua potum, ſiccandi & mediocriter repurgandi uim illi ueteres Græcorum medici tribuerunt, ideoq; cruentis ſputis, ut illi etiam tradiderunt, utile.

Corallium maris creditur planta eſſe.

DE OCV

## DE OCVLARI LAPIDE CAPVT VII.

Isti lapilli ad omnium oculorum ægritudines experti.

SVNT IN Allobroga Galliæ prouincia in ualle uulgo dicta Sasouage prope Grationopolim fontes inter mundi mirabilia non omittendi, gemmarum ocularium adeo feraces, ut ferè maior pars Galliæ Solis his gẽmis ad oculorum sanandas ophthalmias utatur. Est enim Ocularis lapis admodum Topasij lapidis perspicuus. Ocularis lapis immissus oculis clarificat uisum: & abstergit omne quod ante pupillam congestum est: tollit & tenebrositatem uisus, ac uisum acuit.

## DE METALLIS IN Gallia repertis. CAPVT VIII.

Gallorum metalla.

GALLIA regio tãtis hucusq; floruiße muneribus dicitur ut flumina conuehant Aurũ & eius montes Argentum, Cuprum, Stagnum, Plumbum ac ferrum pariant: eorumq; ripæ fragrãtibus herbis redoleãt, atq; qui ibi uictitant, maximas poßident opes: neq; induũtur nobiles uiri ac magnates & principes Galliæ nisi paludamentis aureis aut Sericis quàm mollißimis. Habet Gallia montes uniuscuiusq; speciei metallorum abundantia præstabiliores, in quibus, ut cætera omittamus, plæræq; sunt argenti fodinæ, tanta argenti copia abundantes, ut incredibile sit memoratu quantum toti Galliæ & præsertim Duci Lotharingiæ afferant emolumentum. Si autem curiosus quidam gloriæ cupidus forsitan quærat, quomodo in terra lapides preciosi, mineralia omnia, Aurũ & Argentũ generẽtur. Dico de generatiõe gemmarũ & metallorum tres fuisse opiniones. Prima fuit quæ ex uapo

Magnates in Gallia non induuntur nisi paludamentis Aureis aut Sericis.

Prima opinio de generatio-

uaporibus & exhalatiōibus actione qualitatū primarū & calore cœlesti in terræ uisceribus procreari affirmat. unde Plinius, fundus terræ preciosissimus est, ibi enim omnes influētiæ cœlestes cōfluūt & gēmas preciosas causant: ratione huius calor maximus circa centrum generatur secundum Chalcidium Platonicum.

ne metallorum.

Plinius.

Secunda opinio fuit illorum, ex quorum numero fuit Ioannes Picus Mirandulanus, qui dicunt corpora perfectiora expertia uitæ qualia gēmæ atq; metalla sicuti ex inferiori materia coalescunt, ita radiosi illius caloris ui digeruntur atq; formantur.

Secunda quæ est Pici Mirandulani.

Tertia fuit, & adhuc est, mea opinio, quā nunc teneo, teneboq; semper donec hos quidem spiritus reget artus, quòd à primordio iussu creatoris Dei summi prodierunt metalla, lapides, salesq;. Ipse enim omnipotēs Deus simul (ut scribit Augustinus) cuncta quæ condidit creauit, dū una uolūtate multiplicem omnium specierum uarietatē disposuit iuxta sapientis oraculum, quod habetur Ecclesiastici XVIII. Qui uiuit in æternum, creauit omnia simul. Sed ut Franciscus Maroneus scribit, illud sapientis uerbum secundum Augustinum super Genesin ad litteram, & in libris de ciuitate Dei, uidetur sentire, quòd illi sex dies creationis apud Mosen cap. I. Genesis, sunt una dies septies repetita. Augustinus tamen libro de mirabilibus Sacræ scripture dictum Sapientis aliter exponit, cū dicit. Qui uiuit &c. creauit &c. ut simultas non referatur ad instans creationis, sed ad instās dispositionis, quod est æternitas, ut sit sensus, creauit omnia quæ simul ab æterno disposuit, quæ uidetur fuisse eius Augustini opinio &

Tertia opinio est propria authoris.

Franciscus Maroneus.

Augustinus.

nio & finalis intentio, quum librum de mirabilibus creditur postremo fecisse, quem non ponit in libro retractationum suarum. Simul ergo cum terra metalla & lapides deus condidit, dum una uoluntate multiplicem omnium specierum uarietatem fieri disposuit, in qua uoluntate una omnia simul sine tempore fecit, quæ ab ipso ortu suo per tempus dispensare non desinit. Non enim uerum est quod Alchimistæ canunt asserentes ex Argento uiuo & Sulphure fieri metalla, & generari Argentum uiuum ex substantia aquea mixta terreo subtili mixtione forti. Nam in territorio Lugdunẽsi ac etiam Lotharingo pleræq; sunt Argenti fodinæ multa argenti copia abundantes, & tamen nullibi in Gallia nec Lotharingia argentum uiuum reperitur. Quapropter ab illis maxime cauendum est, qui aut receptas (ut ipsi loquuntur) probatas nescio à quibus principibus sese habere gloriantur. Lunam figere, & ad gradus auri mediocris, aut optimi tingere, Mercurium coagulare partem cum parte, & uaria augmenta posse efficere mentiri non uerentur: à quibus nimirum tot hominum milia decepti, & alieni auri cupidi, proprij uerò, quod habuere insumptuosis expensis largiores, omnino defecerunt, & quotidie deficiunt, nec alieno periculo cautiores desistunt. uidẽtur enim esse de numero illorum, de quibus Paulus gentium Doctor scribit. 2. ad Timotheũ 3. semper discentes & nunquàm ad scientiam ueritatis peruenientes.

Simul cum terra metalla & lapides Deus creauit.

AVRI PROPRIETAS.

CAPVT IX.

AVRVM ut Razes scribit tremori cordis & atræ bili adiutoriũ præstat, & ut inquit Serapiõ Limatura auri confert Cardiacæ, melancholicæ, & debilitati cordis, & quãdo cauterizatur cũ eo, non facit uesicas cauterizatio eius, & est melioris & uelocioris curationis. Aurũ est calidæ naturæ, leprã ac scabiem curat in puluerem redactũ & antidotis mixtũ, habet etiam uirtutẽ confortandi, non quòd membra nutriat, sed quòd alteratiua uirtute corpus immutat, uulnus ex auro factũ nõ corrumpitur in tumores. Et ut Halyabbas siue Isaac secundo sermone practicæ scribit, Auri folia carnem comedũt sine morsura, suntq; sicca subtilia, limatura auri cor confortat & pulsioni medetur. Aurum omni metallo est temperatius, ideo non reponitur caliditas eius in aliquo ordine. & ut inquit Auicenna, Aurum est æquale subtile, confortat oculos in Alchol positum & confert cordis tremori, ac timori animæ, & ei qui solus loquitur. Aurũ inuenitur in fluminibus ut ĩ Rhodano apud Lugdunũ & in fontibus ac etiã in montibus quandoq; ut in Scotia ac Vngaria, sed raro. nã multus est labor in purificãdo & lauãdo. In duplo quoq; põderosius est Argẽto aut Aere uel Stagno: in igne nõ cõburitur, sed purgatur.

Quibus conferat Aurum.

Halyabbas siue Isaac in Haly.

DE ARGENTO.

CAPVT X.

ARGENTVM ductile est, tractabile, argenti uenæ multæ & in multis partibus orbis reperiuntur, ut in Gallia ac Lotaringia, nec est purum in

se sicut aurũ. Sed terræ ac sordibus admixtum, ideo labor est ut per ignem expurgetur. Argentum autem consolidat alia metalla, & quasi unum efficit consolidata. Et ut Razes tertio ad Almansorem scribit, Argentũ frigidum est, cordisq; proficit tremori. Et ut Auicẽna scribit canone 2. Argentum infrigidatiuum est & exiccatiuum, bonum scabiei & prurigini: confert tremori cordis & humiditatis, uiscosis. Est argentum inquit Constãtinus temperatũ in humiditate, & est contra humidam & uiscosam pituitam.

Razes.

Argenti complexio.

Constantinus monachus.

## DE FERRO.

## CAPVT XI.

FERRVM ut inquit Aristoteles Meteororũ IIII. à calido liquatũ coagulatur, infrigidatũ ipsumq; operatũ liquatur, ut humidũ fiat, interdũq; coagulatur. Et ut Auerrhous scribit V. colliget, ferrũ uehementis est siccitatis, & quãdo multũ teritur infũditur in aceto pluries uel ĩ lacte caprino acetoso: ualet cõtra limositatẽ stomachi, & cõtra dolorẽ splenis, & paßionẽ ani, & facit nasci carnẽ in auribus ulceratis. In quo ordine ferrũ reponatur calidũ aut frigidũ ab autoribus antiquis non reperitur. Aliqui inter calida reponũt, ut Petrus aponẽsis dictus cõsiliator prima ꝓblematũ ꝓblemate XXXIIII. Alij uerò ponũt frigidũ, ut Auerrhous V. colliget. Sauonorola in libro de Balneis frigidũ ponit in secũdo ordine ac aridũ in tertio. De alijs metallis nõ scribemus. sufficiat scripsisse de auro, argẽto & ferro, quibus cotidie in arte medica utimur. Alia autem mœchanicis ac mercatoribus relinquimus. FINIS.

Ferri proprietas.

Petrus aponẽsis.

# SYMPHORIANI CAMPEGII LOTHARINGOrum Archiatri Apologetica disceptatio, qua docetur an sanguis mitti debeat in Causone & sub cane aut prope canem, & an pharmacia fortis danda sit in principio Febrium arsiuarum, ad Hieronymum Montuū Viennensium Archiatrum amicum suum.



VETEREM legimus professorū morem fuisse, quem posteriores crescentibus subinde disciplinis seruauerunt, ut ueri habēdi gratia, si quid à scriptoribus perperam dictum fuisset, id corrigere & emendare uellent, nec amicis, uel præceptoribus parcerent, modo ueritati consulerent. Sic Aristoteles præceptorē suum Platonem, Varro Lelium, Casselium Sulpitius, Hilariū Hieronymus. Rursum Hieronymum ac Ambrosium Aurelius Augustinus reprehendit. Alij quoq; permulti leguntur, quorum concertatione bonæ artes et illustratæ sunt, & creuerūt maximè. Hos ego Hieronyme clarißime imitari cupiēs, cū apud Lugdunum hoc anno M. D. XXXII. nobiscū esses, plures & quidem iuuenes fortißimi, quibus flaua bilis à natura dominaretur, causone ac continua ex flaua bili febre

Causon ex flaua bili.

febre laborarent. Et quum accitus fuisses Hieronyme amicorum spectatissime ad uiri cuiusdam illustris domini curandam ægritudinem, tum etiam temporis ad consultandam cuiusdam pharmacopolæ ualetudinem conuocatus fui. Quum autem hic adesses, meo quidem suasu huic nostræ consultationi, tu quoque ingenij tui sane perspicacis operam præstares. Ego (quia in primis medendi gratia accitus fueram) rem omnem ab initio aperui. Sed cum de phlebotomia facienda incidissemus, ac de ea facienda fieret mentio, non sine controuersia acta res est. An phlebotomia huic febricitanti cõpeteret: cui negandam esse censui, præsertim cum iuuenis foret & debilis, ac in sexta die morbi, ac febre continua, in æstate arsiua & uigiliæ molestarẽt, quibus uires ægroti debilitantur. Ipsa præterea ambientis aëris tempestas, quæ calida ac sicca fuerat, qualis est tempore medio inter canis ortum & arcturi, atque ideo ferè omnes quibus medici sanguinem hoc anno abstulerunt interierunt. Non potui sanè pati bona Gallorum ingenia sic decipi, & turpiter à medicis Barbaris, Pœnis, Bethicis, ac Hispalicis turpiter in Celtarum perniciem errare. Opem itaque cum ueritati tum amicis ferre uolui, atque ea refellere uolui, quæ plurima temerè & sine iudicio facta eo anno fuere. Tum in libellum coacta Hieronymo Montuo priuatim dedicare statui, in quo sinu nostra ætate maxima spes & studiorum ratio fouetur. Ego autem & si in errores iuniorum medicorum doctrinam Arabum sequentium, & qui in omni causone ac conti

Consultatio medicorum Lugdun.

Inter canis ortum & arcturi non est pharmacandum.

continua febre & sub cane & immediate ante canem sanguinem ex uena mittere audent inuehamur. Tamen nec petulanti, nec contumelioso sermone res agitur, sed literis & eruditione certatur, ut scilicet aliquando rectè dijudicari poßit, uerius'ne barbari isti ac forenses medici, an Campegius de sanguinis mißione in causone disserat. Vale igitur Hieronyme charißime, & nos symphoniace ama.

## DE MISSIONE SANGVINIS IN febre arsiua ac causonica ex traditione Auicennæ.

## CAPVT II.

PRIMVM omnium ut errorem iuniorum medicorum conuincamus, Arabum opiniones more nostro præmittamus, ex quibus liquido monstrabimus, eosdem toto cœlo errasse. Inter Arabes autem Auicenna illorum princeps Lib. 4. Fen 1. Tract. 2. cap. 44. de cura causonis de phlebotomia in hunc modum scribit. Et non phlebotometur, fortasse enim inflãmabit eos, & fortasse iuuabit eos, si fuerit illic turbiditas & rubedo. Hæc ibi. Et ca. 7. de cura uniuersali putredinis paulo ante inquit. Et cum postponitur phlebotomia in principio ægritudinis non amplius est ei intentio, & fortasse interficit per aduentũ debilitatis uirtutis. Et similiter si times uictoriã humoris, magis necessaria cautela est euacuatio. Et paulo post. Et cõsiliũ quidẽ meũ in phlebotomia est, ut dimittatur quantũ poßibile est. Hæc illc. Et ca. 40. de cura tertianæ puræ de euacuatione in ea, ita scribit. Et tu quidẽ

non auscultes sermonem eius, qui concedit in principio solutiua fortia & mirabolanos & his similia, imò oportet ut properes imprimis, & lenias lenitate quadam, sicut sunt tamarindi & tereniabin.aut syrupus uiolatus. Et paulo ante dixerat ita, si fuerit fortis & fuerit illud, quod uincit sanguis, aut cũ humore qui uincit sanguis, tunc phlebotomia est magis cõueniens, & proprie cum urina est rubea grossa,non citrina ignea, ex qua timeatur apud phlebotomiam uictoria coleræ & acuitas eius: deinde fac sequi phlebotomiam solutionem uentris. Et magis dilectum est apud me administratio clysteriorum, secundum ultimitatem quæ indigetur in uirtute. Hæc Arabs Auicenna. Ex hoc capite deprehendent, manifesteq; agnoscent ueritatis amatores, quanta in caligine uersentur hi, qui mordicus tenent Auicennam, uniuersæq; medicinæ principem statuunt, ac omnia, quæ idem scripsit sine ullo rationis examine, pro uero admittunt. Certum enim est Auicennam nihil eorum, quæ scripsit explorasse. Regulus enim Hispalensis fuit & curandis infirmis operam non dedit, transcriptorq; tantum Pauli, Rasij, Isaac, ac Agazelis, aliorumq; fuit. Proinde ubi suis uelis nauigare tentauit, mox nauem impegit. Ipse enim dum res naturales ingenio proprio tractare aggressus est, usq;adeo argutulè disputauit, ut pro sperata gloria mali philosophi nomen adeptus sit. Et hæc uera esse sentient omnes, qui ea, quæ de phlebotomia scripsit, & in hoc capite scripta sunt, exacto iudicio trutinauerit. Animaduertendum itaq; phlebotomiam apud Auicennam in causone faciendam, & non faciendam

Auicēnæ verba de lenitione vētris & missione sanguinis.

Auicenna semper dubius.

Regulus Hispalensis Aui.

Paulus. Rasis.

Anceps & dubius Auicēna.

dam

dam fore. Ita dicens, non phlebotometur, fortasse enim inflammabit eos & fortasse iuuabit. Quis est iam qui collatis Auicennæ uerbis phlebotomiam faciendam esse in causone, & non faciendam affirmauerit? Quare de eadem re apud illum dici potest, est & non est. Et sic apud Auicennam idem de eodem dicitur, est & non est, & omnia per fortasse soluentur. Adeo nihil penitus eorum quæ scripsit, ut scribit, meminit, ita ut deierare quis posset, hominem omni cerebro ac memoria caruisse, quod tam pugnantia nõ animaduerterit. Secundo non meminisse Auicennam quæ dixerat, ex eo colligi potest capite septimo, eodem libro, cum dicit. Cum postponitur phlebotomia in principio non amplius est ei intentio, & fortasse interficit, & sic per fortasse omnia argumenta soluit. Verum ueritatis studiosi facile ex uno errore æstimabunt, quantum in alijs sit fidendum Auicennæ. quem etiam nisi iudicium accedat ac delectus, consultius est perpetuo suum fortasse, quo fortasse sua dubia soluit, non attigisse, quàm illud fotasse apud eundem legisse. Nemo miretur me Auicennã erroneæ medicinæ magistrũ principeq́; statuisse, cur enim eo nomine non dignus sit, qui reliquis tot errandi occasiones in re medica per fortasse præstiterit, non uideo. Vtinam uero non tantæ aliquando forent, ut istis uita humana periclitaretur, ita enim conniuendi nonnunquàm subesset ansa. Proinde cum illa Auicennæ ignorantia ac errandi occasio, quam per fortasse medicis iunioribus in medicinis præbuit, tanta sit, ut sine uitæ humanæ ultimo discrimine tolerari non queat, merito & hic inter reli-

Omnia per fortasse soluit Auicenna.

Nihil certum apud Auicẽ.

Fortasse Auicẽnę peculiare.

Magister errorũ Auicenna.

Erroneæ medicinæ magister Auicenna.

qua eius errata locum habebit. Nihil autem mirum, aliis errandi occasionem dedisse Auicēnam, cum ipse cap. 40. inquit, non auscultes sermonem eius, qui cōcedit in principio tertianæ puræ solutiua fortia, ut sunt myrabolani, & similia. Et cum myrabolani sint frigidi, & apud omnes Arabes reponantur inter benedictas medicinas, uidetur ignorasse quid sit myrabolanus, id quod non modo ambigua, uerum etiam contraria, quæ de cura ipsa ueræ tertianæ ac causone scribit, indicant. Ridiculum enim fermè est putare myrabolanos, quos nostri temporis medici benignos esse uolunt, inter fortes medicinas poni debere. Opinio tamen mea est, in principio ueræ tertianæ ac in omni continua ex flaua bili in principio cum Auicenna dare lenientia solum, ut sunt uiolæ, caßia fistula, manna, mercurialis. Et hæc fuit sententia Galeni primo ad Glauconem, ut postea dicetur.

Auicennæ error.

Opinio Campegij.

AN IN CAVSONE ET TERTIANA continua in principio sint phlebotomandi ac pharmacandi ægrotantes, ex Isaac Israëlite.

CAPVT III.

NEMO est qui ignorat, quàm omnes nostri seculi iuniores medici, id maxime conentur, ut in febribus continuis ex flua bile, Tertiana etiam exquisita, non semel, sed iterum atque iterum purgantes medicinas propinent douorandas, ac sine aliqua consideratione in

ne in principio ſanguinem mittunt. Quantum uero erroneum ſit primum ueterum teſtimonijs, deinde etiã ratione una aut altera demonſtrabimus. In primis itaq; inter Arabes occurrit Iſaac Salomonis Regis Arabum filius adoptiuus qui libro febrium parte quarta capite XV. ita ſcribit. Si fuerit neceßitas purgandi inferius in acutis febribus, fiat purgatio cum prunis, uiolis, caßiafiſtula, manna & ſimilibus. Oportet ergo tunc temporis catharticum negari, & ſtudium impendi ab initio uſque ad ſtatum cum ſupplemento naturæ, ut uirtus cuſtodiri ualeat, quòd ſit cum dicta facili ad digerendum & laudabilem generante chimum, & uirtutem cuſtodiente, ſicut ptiſana & mica panis loti. Sin autem uiderit doctus medicus in initio morbi quòd neceſſariã ſit pharmacia & phlebotomia feſtinanter ea agat prius quàm morbus confortetur, & augmentetur, & natura debilitetur. Et tertio ſuæ practicæ Panthegni capite XXVIII. ita ſcribit. Virtus enim ſi in initio imbecillis ſit, negetur phlebotomia, minus tamen eſt mala quàm ſi in ſtatu ſit, quòd ſi in initio fiat perditio infirmi, longa erit in VII die uel XIIII. In ſtatu uero nunciat perditionem in illo die aut in tertio. Et capite XXX. eiuſdem libri de Sinocho inquit. Sanguis cum putrefit in toto corpore facit febrem ſinochum, quam curare debemus cum phlebotomia, & hoc ante ſtatum niſi aliquid nobis obuiauerit, ſicut debilitas uirtutis. Et capite ſequenti de cura tertianæ ita ſcribit. Febris tertiana moleſtior eſt cæteris putridis propter acu-

Iſrael regis Arabũ filius.

Quæ in principio cõtinuari conueniant.

Iſaac in Panthegni.

men materiæ eius: & quia causon est uicina, undè oportet medicum in hac febre sibi cauere ab initio, ut non det infirmo rem calefacientem ne materia calefacta cum sui acumine ad caput saliat, & phrenesim generet. Et si uirtus sit fortis infirmi & materia furiosa dare poteris catharticum choleram rubeam purgans eiusq; acumen extinguens, ut sunt pruna, myrabolani, citrini, caßia fistula, manna & similia. hæc ille. Ibi Isaac præcipit dare myrabolanos, & Auicēna prohibet: notes Arabum medicorum discrepantiam. Ex ijs itaq; satis constat, inter se differre Auicennam & Isaac: quod non animaduertentes nostri iuniores medici Arabum uestigia sequentes lapsi sunt, ac quotidie errant in principio febrium arsiuarum, & sub cane & ante canem absq; ulla discretione ex uena sanguinem mittentes, ac solutiuis pharmacis ægros purgantes. At non est quòd morosis istis barbaris persuadeamus, ut iam senes canonem imitentur.

GALENI PERGAMENI DE mißione sanguinis in acutis febribus opinio, qua indicantur abusus erroresq; Arabum neotericorumq; nostrorum.

CAPVT IIII.

GALENVS Libro primo de arte curatiua de cura febrium continuarum in hanc scribit sententiam. Multos itaq; uidi, qui ita affecti erant, quosdam interijsse, nōnullos ad extremum periculum fuisse perductos, quum medici eos curare tentassent antequam

os

os stomachi corroborassent. Sed neq; si fuerit febris cum profluuio uentris, alia est opus euacuatione. Verum hæc sola sufficit, quamuis non sit pro multitudinis ratione. Quicunq; enim his plus adimere fore necessarium putantes, aut sanguinem mittere, aut uentrem mouere tentarunt, in grauiora pericula duxerunt. Sed neq; si quis simul & distentione neruorum laborauerit, & sanguinis eguerit mißione, neq; huic tantum semel mittere oportet, quantum exigit morbus. Sed aliquid etiam accidenti est relinquendum, cuius caussa sæpe sudores eueniũt, & uigiliæ molestant, & uires ægroti debilitãtur. Ita etiam si uehementißimæ uigiliæ aut dolor intensus ægrotum infestant, cauendæ sunt subitæ ac multæ euacuationes. Ipsa præterea ambientis aëris tempestas: loco accidentis cuiusdam habenda, quando exquisitè calida ac sicca fuerit, qualis est medio inter canis ortum & arcturi: atq; ideo omnes quibus medici omnino de temporum statu cogitantes sanguinem abstulerunt, interierunt. Si etiam ualde frigida fuerit, tunc quidem sanguinẽ mittere est formidandum. Eodem modo & quicunq; supra modum craßi sunt aut macilenti. Nam et his uenam incidere cauendum est: aliasq; euacuationes integras uereri oportet. Hæc Galenus.

Cauendæ multæ euacuationes.

Antiqua quoq; Galeni traductio multomagis ampla est.

## DE SECTIONE VENAE IN FEBRE Arsiua ex flaua bili secundum traductioem antiquam Galeni.

### CAPVT V.

Galenus. NEMO miretur me traductionẽ Galeni antiquã hoc in capite citare, cũ sit amplior ac in ea multa contineãtur quæ in noua omittũtur. Ipse enim Galenus Lib. eodẽ ad Glauconẽ secũdũ antiquã traductionem in hãc scribit sentẽtiã. Nõ enim ad omnia hic æger sufficiet, arbitrãdũ etiã hic & quasi symptoma aliquid accipiendũ ad rationẽ ægritudinis: & si sit aër uehemẽs calidus & siccus: sicut in præsenti anno factũ uidimus, incipiẽte ortu canis uel arcturi atq; situ stellæ, quod tempus incipiẽs à xv. Calendis Iulij usq; ad Nonas Septẽbris, & sunt numero dies quinquaginta. Vnde omnes qui in hoc tẽpore sanguinẽ detraxerũt, finẽ uitæ fecerunt, eo quòd medici ipsorũ causa tantũ attẽdentes, tẽporis rationem ignorãtes symptoma causarũ nõ uiderunt. Nãq; illis in sicco & magis ignito, ut diximus, temporis aëre ablato irrationabiliter corporis: quo sustinebãtur, humore siccatis nimiũ & arefactis subitis angustijs anima exhalauit. Illos uero, qui molli & fluido corpore & imbecilli sunt, quia facile uincũtur ab omni re nec ferũt molestias, nõ exhauriẽdos cẽseo, etiam cũ id fieri manifesta caussa postulet, & nõ solũ detractione sanguinis, sed alijs etiã quibuscũq; purgatorijs uel medicaminibus mediocriter, & non de semel, ut diximus, uehementer. in ijs utẽdum est, quia iã mox uicti malefiunt atq; deficiunt. Vnde partim paulatim melius utimur, & sine metu atq; periculo. Hæc Galenus.

Dies caniculares. · 50 ·

Mollis vt Galli.

## AN SVB CANE ET ANTE canem difficiles sint euacuationes, & quales ex Galeno.

## CAPVT VI.

PRIMVM omnium, ut errorem Neotericorum qui ubi ignitior, feruentior, & exusta natura est, medicamentis purgantibus ac phlebotomia ægros excrutiant probè conuincamus, Galeni uerba more nostro præmittamus: ex quibus liquido monstrabimus, eosdem toto cœlo errasse. Galenus ipse libro Aphorismorum quarto Aphorismo v. ait. Sub cane ignitior & feruentior natura tantisper medicamenti purgatorij nequaquam asperedinem sustinet. Quare & plures purgati hoc tempore incidunt in febres, & natura ex æstu imbecillis magis ex purgatione dissoluitur: & quidem purgatio hæc praua fiet, cū calor aëris ambiētis in partem trahat extrinsecā, contrariā ei, ad quā medicina ducit humores. Quapropter, ut Hippocrates inquit, sub cane & ante canem medicamentorum usus difficilis est. Galenus ipse in libro de curandi ratione per sanguinis mißionem sic scribit. Proinde minus detrahimus quàm plenitudo commouet. Quod ad ætates quidem attinet in pueris: quod ad corporis habitus in cādidis, & quibus mollis teneraq; est caro, quales Galli sunt: quod ad tempus sub cane. Et paulopost inquit, morbus ingens, roburq; uirium, excepta ætate puerili, & aëre nos ambiente ualde calido, idcirco & mittendi sanguinis occasio dierum numero deperditur. Itaq; ex morbo, ætate, tempore & uiribus minuendus esse sanguis

Galenus.

Sub cane purgati

*guis cognoscitur. Et paulò antè ita scribit. Exoluta ab id genus affectibus uirtus, adhibita sanguinis missione, in extremum malum recidere solet: ut nequaquam postea restitui possit. Quod ubi euenit, periculum non leue consequitur, potissimum si febris accedat statu æstiuo stomachoq; male affecto, aut toto adeò corpore natura molli, & temperie humido. Quocirca qui sic affecti sunt, eos sanguinis missione uacuare non conuenit. Sed frictionibus, mediocriterq; ex calfacietibus unctionibus. Hæc ille. Iam uideant medici iuniores quo pacto suos sycophantas, suosq; sophistas, Sermonetas, Forliuios, Vgones, Garbones, Gentilitios, Herculanos, Falcones, cæterosq; Pœnorum Arabumq; autorum uestigia sequentes tueantur, quos existimant cōcinno quodam ordine totā Galeni doctrinam texuisse, & uniuersam medicinā per paralogismos ac argutas argumentandi uias tradidisse posteris. Sunt ex illis dicentes phlebotomiam aliam esse ad euacuandum, aliam uerò ad diuertendum, esseq; aliquam, quam Galenus non nouit, Euentatiuam, quam dicunt in morbis acutis & sub cane existentibus, fore utilem. Verum ueritatis studiosi Galeniq; sectatores facile ex illorum euentatiua seu cymmeria phlebotomia, quā Galenus ignorauit, æstimabunt, quantum in alijs sit fidē dum, quos etiam, nisi iudicium accedat ac delectus, consultius est perpetuo non attigisse. Non pauci tamen inter Arabes sunt medici, qui phlebotomiam non solum sub cane, sed & in tota æstate prohibent. In quorum numero fuere Auerrho us ac illorum alter Solomon Abimeron, Auenzoar, unde VII. sui Colliget, ita scribit. Et di-*

xit

Neoterici medici quales.

Euentatiua phlebotomia a barbaris inuē ta, quę est fuga miserorum medicorum.

Multi Arabes in calore [illegible] phlebot[omiam] [illegible]

xit Auenzoar, Tempus phlebotomandi conueniens est uer, tempus uero æstatis prohibet, propter uirtutis debilitatem, & propter spirituum resolutionem. Auicenna quoq; illorum monarcha inquit. Stante mixtione aliorum humorũ cum sanguine, sanguine ipso non peccante cõsilium meum inquit est, ut relinquatur phlebotomia quantũ poßibile est. Istis omnibus cõsideratis talem formabimus conclusionem de mente Galeni, aliorumq; antiquorum medicorum.

Auicẽna Arabum monarcha.

## CONCLVSIO.

QVANDO exquisite calida ac sicca fuerit febris, qualis est tempore medio inter canis ortũ & arcturi, in iuuene flaua bili abundante, in febribus magnæ inflãmationis, ut in causone, Febre cõtinua syncera, quam neoterici proportionalem uocant, ac in tertiana pura & syncera, sanguis mitti uon debet. Nam, ut Galenus inquit, omnes medici, qui nihil de temporum statu cogitantes sanguinem abstulerunt, interierunt, ac finem uitæ fecerunt. In febre tertiana syncera interpollata mitti etiam non debet, nam ut plurimum de interpollata fiet continua, nam euacuatis uenis: humores ad extra trahantur ad interiora ac interna loca. Sanguinis enim mißio humores subtiliat, ac illos in motu ponit: quarè maiorem inflãmationem ac ardorem causat.

Campegiana conclusio.

NICOLAI VOLCYRI IN
Speculum D. Symphoriani Campegij
Tetrastichon.

Campegius speculum libris legit ipse Platonis:
Naturas rerum continet hoc speculum.
Quos cupis ô lector longinquis mittit ab oris
Campegius suaues mellifluosq; modos.



IODOCI BADII TE-
trastichon ad lectorem in Specu-
lum D. Symphoriani.

Hoc speculo cernens diuini sensa Platonis
In naturali protenus historia:
Ne congesta librum bona tot mireris in unum,
Omnia Campegij ferre Minerua potest.

# IOANNES CAMPEGIVS SYMPHORIANO CAMPEGIO PHILOSOPHO MEDICO'QVE CON-SVMMATISSIMO.



EDDIDIT MIHI LITE ras tuas Cælestinorum prior, quibus te librum conscribere significasti (cui Horto Gallico nomen indas) Librum inquam quo apertissimè simul ac doctissimè prodis non ab India, non à Gadibus, non ab insulis fortunatis, non à felici Arabia, deniq; non à Mahumetensium Turcarum'ue orbe ac imperio petēda esse remedia, quæ in Galliarum amplissimo, latissimo, ac florētissimo regno passim nobis uel inuitis occurrunt. Cedent horti Hesperidum, Cedent Adonidis horti, cedēt etiam uel celebratissima priscorum monumēta Hortulo tuo Gallico. Magna profecto res est, & ut nihil fortasse admirabilius, ita longe facilius quidem quàm homines opinentur, in promptu auxilia habere, quibus & sanitatem inculpatam tueamur & morbos depellamus, prouida enim & sacra illa omnium rerum parens natura, hoc est, Deus opti. maxi. nusquam non homini remedia disposuit, non prata, non semitæ, non horti, non syluæ, non flumina, non maria nostra medicinis carent: quæ (ita me deus amet)

amet) nõ aliã ob causam sordescunt, quàm quòd inuentu faciles sint, & uulgò paratæ & sine impendio, ex quibus uiuimus. Sed bone deus, prodigiosa ingenia, ac malefica, ne uilior esse ars, quam profitebantur, ad Indicas gemmas ad extremi orbis adulteratos liquores, gummi, radices, flores, seminaq́; moribundum hominem reijciunt, qui uel domi meliora cœnare posset, ijsq́; sanitati pristinæ confestim reddi. Mittamus sua Turcis, mittamus Indis, Iudeis, Arabibus: & quicquid apud nos locorum, quicquid terrarum, (quod certe non angustum est) diligentißime scrutemur, remediorum gratia, nec amplius pendere à subsidio Turcarum, Christiani nominis hostium crudelißimorum discamus, nihil enim est, quod sibi in nos licere non putent, ferro an ueneno nos adobruant quid refert? Facis (mea quidem sententia) clarißime simul ac charißime auuncule opus præstantißimum ac nullis (ni fallor) seculis intermoriturum. Verum enimuero cum liber ille tuus magno fauore, forti patrocinio, clarißima authoritate egeret, ut in conspectum hominum ueniret, ab hisq́; probaretur, delegisti, iudicio quidem elegantißimo, potentißimum, prudentißimum, fortißimum Regem nostrum Christianißimum Franciscum, sub cuius numine ac clypeo in lucem prodiret. Quid etenim cautius cõmodiusq́; à te fieri potuit, quàm illius implorare auxilium, cuius ductu ac auspicio bonæ omnes disciplinæ uirtutesq́; in Gallias conuolarunt, cuius nutu ex omnibus terris omni doctrina præstantes uiri accurrunt, ut nõ immerito cõmunẽ quandã nationũ omniũ ac totius terrarũ orbis patriã Gallicã aulã nominari

nari debeamus,eoq; iam inde ab initio uidetur natus fato Rex noster Franciscus, ut quod ubiq; gentium rari egregij'ue esset, una susciperet. Quis regum arctius literatos homines amplectitur? quis maiori beneuolentia prosequitur? nulli ad ipsum facilius admittuntur, quàm docti, nullis regia liberalitas magis patet. Quare ex his omnibus præclarißimis animi dotibus ac uirtutibus in eam opinionem omnis christianismus adductus est, ut sub eo literas omnes purgatiores ac disciplinas reuiuiscere sibi persuaserit. Taceo collegium illud trilingue abhinc aliquot annos institutum Lutetiæ, cui præsunt uiri in paucis nominatißimi, omitto deniq; totam Parisiensem academiam toto orbe celebratißimã. nusquam eloquentia clarior, nusquam philosophia castior ornatiorq;, nusquam medicina manifestior, quæ illic primum in germanam linguam ac pristinum splendorem restituta est. quot illic (bone deus) philosophi mediciq; præstantißimi, tum utraq; literatura tum doctrina recondita? Ex his Martinus noster Achaquia qui cum eloquentia singulari summam eruditionem coniunctam habet, quod propediem declarabit liber Galeni de remedijs secundum locos è græco in latinam coloniam uersus. Est quoq; uir singulari ingenio ac iudicio Ioannes Vaccerius Græca doctißimus. Est item Guarinus uariæ lectionis homo, Græca lingua instructißimus, præterea Iacobus Syluius Galenicæ doctrinæ interpres (si quis alius) aptißimus. Porrò & Ioannes Guinterius, qui indies aliquid emittit in lucem humanæ fragilitatis iuuandæ gratia. Et, quos non sine laudum magnarum cumulò

M. Achaquia.
Io. Vaccerius.
Guarinus.
Ia. Syluius.
Io. Guinterius.

quis nominare debeat. Gulielmus copus Galeni instaura-
Guil. copus. tor maximus, Pauliq; Aeginetæ primus ac fidelißimus
interpres, ac Ioannes Ruellius in uertẽdis Græcis inge-
Ioã. Ruellius. nio felicißimo, doctrinaq; cõsummatißima, cuius corol-
larium in Dioscoridem copiosißimum ornatißimumq;
omne literarũ theatrum summo cum plausu excipiet.
quippe eo (si quid de re medica iudicare possumus) nihil
singularius aut admirabilius esse potest, ita suis quæq;
coloribus deliniantur ad nostram professionem pertinẽ-
tia, ut numerosißimas herbas, aliaq; medicamina multis
abhinc ãnis medicis ignota, ingenuè ac uerè poßis agno
scere, usqueadeò rem omnẽ tractat, ut sub oculos poni
uideatur: quod non mediocri auxilio erit, his qui tuam
illam methodum quærendorum remediorum in Gallia
imitabuntur, & sanè imitabuntur probi christi sectato-
res, qui naturæ beneficia in hominum perniciem nolunt
conuerti. Hortulus iste tuus magnopere arridet reueren
dißimo domino D. Cardinali Turnonio Mecænati no-
stro, qui quàm eleganti sit tum ingenio, tum iudicio sa-
tis superq; nosti, nihil charius unquam habuit quàm pro
desse reipub. pro qua ne periculum quidem uitæ subire
unquam pertimuit. Quare uix literis explicare queam,
quantum uoluptatis capiat, ubi quempiam studentẽ rei-
pub. uidet. Nihil uerò huic magis prodesse potest quàm
optimorum ciuium conseruatio, qui nullo alio magis cõ
seruantur quàm medicinæ præceptis, hoc est tuis, qui cũ
Leoniceno & Manardo uiris celeberrimis scelera frau-
desq; officinarum, in quibus (ut cum Plinio dicam) cuiq;
uenalis promittitur uita, aperueris. Valeant igitur sepla
siariorum

stiariorũ mixturæ fucatæ, ualeant syrupi in quibus plærunq; Mures & Aranei immoriũtur: quæ ne canes quidem impunè degustarint. sed uereor ne operam ludatis in tanta hominum nequitia, in tanta ingluuie, in tanto luxu, tamq; delicatis palatis, & languentibus stomachis, quibus nihil nisi exoticum gratum est: sed quid tam multis ago? Bene uale charißime Auunculе, Satelliaci postridie diui Ioannis Baptistæ 1532.

TVVS EX ANIMO IOANNES CAMPEGIVS.

# SYMPHORIANVS CAMPEGIVS ANTONIO FILIO S. D.

Crassus.



LTERO Crasso censore nūc opus esset fili charissime, qui ut olim prauos rhetoricæ magistros sustulerat, sic hodierno tempore litterarum Gymnasia corrigeret. In quibus iuuētutis nostræ ingenia nō solū nō acuūtur, sed obtūdūtur & dediscūt discēdo, cū ludi, qui humanitatis & modestiæ ac doctrinæ esse deberēt, sint nūc insolētiæ & arrogātiæ ac ignorātiæ pleni, ita ut quinquēnio paulo plus minus'ue, oratores siue dialectici, philosophi & medici efficiātur. atqui quot quātaq; ad medici perfectionē (de reliquis enim nūc sermo nō habetur) pertineāt, cognoscere poteris ex hoc nostro Speculo medici christiani, quod his diebus scripsi. Ego autē tibi dedicaui existimās speculū hoc nulli magis quā tibi conuenire: simul etiā, ut aliquādo mirari desinas cur tā pauci boni medici reperiātur, quos oporteret institui Liberali educatione doctrinaq;, puerili flagrare studio à natura ac uniuersorū præceptorū experientijs adiuuari, ornatissimos sapientissimosq; medicos ad cognoscēdū imitādūq; ꝑponere, auariciā cæterasq; animi perturbationes remouere: quæ cū à plerisq; omittātur, nec aliud quicquàm illis curæ sit q̈ lucellū: nō est mirādū, si qn̄q; corpora nostra cruciātur, nō ad doctrinæ experimētū, sed ad preciū expedita. Vale igitur fili charissime, & quæ in nostro speculo scribuntur, obserua.

# SPECVLVM

## MEDICI CHRISTIANI DE INSTItuendo ſapientiæ cultu, ac de ueris & ſalutaribus animi & corporis remedijs, Symphoriano Campegio Lotharingorum Archiatrò Authore.

### DE DVPLICI MEDICINÀ. DOCTRINA I.



EX DVPLICI ſubſtantia, corpore ſcilicet & anima ut conſtat homo, ita & duplex eſt hominis morbus, animi uidelicet & corporis. Duo quoq; & medicorum & medicinarũ genera ſunt, unũ, quo exterior, alterũ, quo interior homo curetur. Itaq; non minus ex animi, q̃ corporis uicio (Platone authore) morbi exoriũtur. Quo fit ut idem in Charmide Plato nò ſine anima corpus eſſe curandum, ſicut nec ſine capite oculos conſulat. inde & id obſeruatum aliquando fuiſſe apud Aegyptios ſacerdotes comperio, unam eandemq; facultatem fuiſſe pharmacis, fidibus & myſterijs occupatam. Itaq; uidendum eſt priuſquam ad curam ueniamus è corpore ne, an ex animo naſcatur infirmitas. A cauſis enim incipiendum, ut arboris interitus non ex ramis, ſed ex radice petendus eſt.

Duplex hominis morbus.

Plato in Charmide de animi cura.

Antiquit⁹ idẽ erant ſacerdotes & medici.

DE SPIRITVALI MEDICO.

## DOCTRINA II.

Deus medicus animarum.

MEDICVS animarum est deus, cuius operationes, & opera sunt perfecta. Animæ morbus incurabilis est nullus, corporis uerò morbi iccirco incurabiles plurimi, quia natura quæ corporalis medicinæ magistra est, dei comparatione res manca est. Medicorum etiam naturalium nonnũquàm conatus inualidus. Apud Platonem uirtus est animi sanitas, ægritudo uicium, uirtus bona est consuetudo uel qualitas ex bona consuetudine derelicta, uicium uerò mala. Sicut cum pulsa infirmitate bonorum ciborũ usu, frequens malorũ abstinentia corpus in pristinum uigorem sensim reuertitur, & eisdem quibus fit ualitudo seruatur, sic animus malarum operationum fuga bonarum exercito uirtutũ in se gignit, roborat, auget, & conseruat. Quamobrem nõ reperitur usquàm contra terrenos morbos medicina sufficiens præter uirtutem amorem, cultũq; diuinũ. Quapropter errat maxime Petrus ille Aponensis dictus consiliator, cum dicit peritum & bonũ medicum esse agrestium morum, & ex uili & sterili stipite natũ, ac contumeliosum. Quia inquit scientia medicinæ scorpioni & marti attributa est, quorum proprietates in malum tendunt, propter quod medicus inquit malorũ debet esse morum. Hæc ille. Errori huic sunt obnoxij mali medici omnes, ut in eorundem libris uidere licet, quos totus Mahumetensium medicorũ chorus imitatus est. Sed quantũ ea in re à ueritatis tramite deuiauerint, lucidißime ostendimus in annotationibus nostris, quas cõtra Petrũ Aponensem,

Virtus animi sanitas secundum Platonẽ.

Opinio consiliatoris reprobatur.

nensem, apud Venetos impreßis, scripsimus. Primū igitur omnium peruersam hanc Cōsiliatoris opinionem, sacrarum literarum authoritas explodit atq; cōuincit. Id quod in primis facit ecclesiasticus qui in hanc scribit sententiā. Honora medicū: propter neceßitatem et enim illum creauit altißimus. A deo est enim omnis medela & à Rege accipiet donationem. Disciplina medici exaltabit caput illius, & in conspectu magnatū collaudabitur. Altißimus creauit de terra medicinam, & uir prudens non abhorrebit illam. hæc ille. Sed quid multa? solent ferè omnia cōsiliatoris esse dubitationibus ac astronomorum somnijs plena. Quapropter medicus bonus fidelis ac christianus cauere debet insidias malignātium ac semi Iudæorum medicorum. Veniunt enim sæpius ad nos in uestimentis ouium, interius autem sunt lupi rapaces, ab operibus enim eorum cognoscetis eos. Estote igitur uos medici christiani prudentes, sicut serpētes exemplo diui Pauli, qui cognoscens malitiam Iudæorū, cum esset ciuis Romanus, appellauit ad Cæsarē. Debet igitur medicus esse probus, fidelis: est enim medicina libera ac munus dei. Confirmauit hæc Hippocrates in Epistolis ad Abderitas, medicinā esse dicens Deorum munus atq; esse liberam. Neq; se pro eius usu unquàm mercedē acceptauisse. In Epistola etiam ad Philemonem ait, Medicina uaticinio propinqua est, duarum enim artiū unus est parens Apollo scilicet, qui progenitor noster est. Hæc & futuros morbos prædicit, & eos, qui aduersa ualetudine affecti sunt, curat.

Annotationes in cōsiliatorē.

Ecclesiastici xxxviij.

Medicorū insidiæ.

Diuus Paulus ad Cęsarē appellauit.

Hippocrates.

# DE AMORE DIVINO QVEM habere debet uerus Medicus.

## DOCTRINA III.

Toto corde Deum diligere debet medicus christianus, ex amore immenso, & nõ abduci blãditijs non seduci fallacijs, non frãgi iniurijs, sed integrè diligere debet ex toto corde, ex tota anima, scilicet fideliter. Qui enim diligit tota anima, non timet mortem, nã nihil dulcius aut delectabilius amore, sine amore omnia sunt insipida & amara. Amorem animæ thesaurus nullus superat. Qui Deum tota anima amat & diligit, iam habet quem amat. Diligere etiam Deum debet more diui Panthaleonis ex tota mente, scilicet perseueranter, more diui Lucæ memorãter, more diui Cosmæ, ut omnes sensus, scilicet uoluntas, intellectus, memoria, & omnes eorum operationes Deo uacent. Tantus est nanq; amor à tota mente procedens, ut anima Deo unita tali dilectionis glutino, nec pœna, nec tormento, nec igne, nec ferro, nec ullo alio supplicio poßit dißolui, nisi adueniat peccati mortalis immundicia. Res enim forti glutino glutinata, citius rũpitur ac frangitur in alijs locis quàm in ipsa coniunctura. sic enim est de Anima, ut patet in sanctis martyribus Pãthaleone, Cosma, Damiano, ac Vrsicino, qui à Dei amore nullis pœnis poterant auelli nec separari: facilius enim pes separaretur à Tibia & caput à ceruice, quàm perfectus christianus à Deo. Deum diligere debet medicus christianus ex toto corde, id est, intellectu sine errore: tota anima, id est, uoluntate sine contradi

Nihil dulcius amore.

Diuus Panthaleon medicus.

De dilectione Dei.

tradi

tradictione: & tota mente & uirtute, id est, memoria sine obliuione. Est enim Amor uerus uia rectißima ad Deum. amor autem obtinet quæ iustè petuntur à Deo, quia scriptum est. Dilexi, quoniam exaudiet Dominus uocem orationis meæ. Amor autem Dei hominem defendit, & liberat à malis, sicut ostensum fuit in seruo Dei Daniele Deum toto corde diligente, qui coniectus in lacum leonum, illæsus Deo protegente extractus fuit ac liberatus. unde dixit. Recordatus es mei domine, & non dereliquisti me. non enim honor, non pecunia, neq; aliqua terrena substantia, nec etiam uirtus, nec ars aliqua, uel sciētia potest implere animam & satiare conscientiā: sed sola & uera dei dilectio. nam dilectio aut est cū gratia, aut sine: at sine ea non potest esse dilectio uera. Insistendum igitur est in dilectione Dei, quia dilectio non est nisi boni, & Deus ipse fons est totius bonitatis. Deus pater est creatione & deitate. Deus frater est redemptione & humanitate. Christus dominus est naturalis non extraneus. quicquid habemus à Deo habemus, & ab ipso in fine expectamus præmium sempiternum. Dei uerba uerissima sunt & exemplum & forma amoris, qui dixit, Iugū meū suaue est, & onus meū leue. hoc est domine te ueraciter diligere & amare, quod summè suaue est & leue, adeo ut nullus habeat nec habere poßit caussam aut excusationem Deum non diligendi. Fructus & utilitas totius dilectionis quæ ex dilectione Dei acquiritur, non solum est æterna gloria, de qua dictum est, quod nec oculus uidit, nec auris audit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus eum: sed etiam est

De Daniele Historia.

Absq; gratia non potest esse uera dilectio.

Naturalis dominus Christus.

Paradisi gloria.

utilitas magna in hac uita, quia diligens deum castigatur à Deo, sicut à patre dilectus filius, si contingat eum deficere uel errare, dulciter corripitur & castigatur, qui de seruo extraneo non curat. Amor uestis est animæ preciosa: ista uestis ex preciosis filis, id est, beneficijs Dei collatis est contexta, & à deo subtili magisterio facta ac decorata. Est enim deaurata, iuxta illud. Astitit regina à dextris tuis in uestitu deaurato. Amor diuinus à malis animam custodit. custodit nanq; ab emulatione siue inuidia, quæ uehementer animam corrumpit: custodit uerus amor ab ambitione, quæ est cum quis quærit sui exaltationẽ, & proximi deiectionẽ. Custodit uerus amor ab amore nimio proprij boni, & à maligna cogitatione super iniurijs uindicandis. Remittit uerus amor omnia propter Deum, quem amat. custodit etiam, ne gaudeat homo super iniquitate, amor enim uerus semper gaudet super bono, & non de malo, continet autem uerus amor in se doctrinam ueritatis, qui omnes perficit amentes, docet ueritatem, quia in dilectione tota lex pendet & prophetæ. scriptum enim est plenitudo legis est dilectio. & alibi. Qui proximum diligit, legem implet, quia qui diligit proximum, diligit & deum. Amor uerò proximi ordinatus est, si ametur proximus propter deum, ille solus nouit se uerè diligere, qui ueraciter deum amat, ut deo qui est summum bonum amando fruatur. O pijssime, misericordissime clemẽtissime Christe respicere me dignare oculo pietatis & misericordie, aufer à me amorem seculi, & da mihi gratiam, ut te amem, & diligam corde & opere, nec ab amore tuo separer, sed in ipso permaneam

Amor diuinus.

Oratio ad Deum.

maneā in perpetuū, & tuo amore fruar in secula seculorū, & uitam inueniā in amore tuo sempiternam. Amē.

QVOMODO MEDICVS Christianus odisse debeat mundum ac mundi diuitias.

DOCTRINA IIII.

INTER animi morbos amorem mundi ac eius diuitiarum antiqui posuerunt. Est enim ut sacratißimi patres scripserunt Amor in Deū animi sanitas, amor uerò mundi ægritudo ac uiciū. sicut cū pulsa infirmitate bonorū ciborū usu, frequens malorū abstinentia corpus in pristinū uigorem sensim reuertitur, & eisdē quibus fit ualitudo seruatur, sic animus malarū operationū fuga bonarū exercitio uirtutū in se gignit, roborat, auget & conseruat. Quāobrē nō reperitur cōtra terrenos morbos medicina (ut superius dictū est) sufficiens præter uirtutem, amorē diuinum, odiumq; mūdi ac diuitiarū. Scio & expertus sum, quòd amor mundi animas, quas ingreditur, quietas esse nō patitur, semper enim suspitionibus uanisq; terroribus solicitat eas, premit enim talis amor semper amatores suos, & q tali amore implicatur, à Dei amore excluditur, talis enim amor cū Dei amore non iungitur, neq; ad societatē filiorū dei peruenit, qui se à carnali generatione nō diuidit. Amor mundi sese cum suis consolationibus, ne dicā desolatiōibus, undiq; ingerit, per auditū nanq; quasi per fenestras irruit, & mentes suorū amatorū uehementer occupat, animā polluit, charitatem uiolat, proximum lædit, Deum spernit, amorē altißimi repellit, totum hominem rapit, ac eundem decipit, cum labente labitur

Comparatio optima.

Amor mundi.

labitur, & cum eum tenere quiſpiã credit, de facili euanescit, non conſolatur, ſed contriſtat, non permanet, ſed fugit. Eius dulcedo in amaritudinem uertitur, eius pulchritudo in horrorem mutatur, eius deſiderium in pœnam conuertitur. Qui huiuſmodi amorem amplectitur, decipitur & præcludit ſibi ingreſſum amoris Dei, quia ubi amor mũdi inhabitat, nõ ingreditur amor Dei ſummi. homo creaturam amando creatorem deſerit, propter condita cõditorem relinquit, tranſitoria diligit, & ſempiterna ſpernit, deſolationes pro conſolationibus ſuſcipit, pœnam pro gloria, mortem pro uita, peccatum pro uirtute, & mendacium pro ueritate. De amore diuitiarũ certa experientia didici, quòd nihil laborioſius eſt quàm terrenis æſtuare deſiderijs. Nam terrenarum diuitiarum amor inſatiabilis eſt, & longè amplius deſiderio torquet animam, quàm refrigeret uſu ſuo. talium quoq; diuitiarum acquiſitio magni laboris eſt, poſſeßio magni timoris, & amißio magni doloris. Qui illas amat Deum uerè amare non poteſt, ſed cum ipſis labentibus labitur in perditionem, & qui eis innititur per amorem, cum ipſis defluit in mœrorem. qui enim eas inuenit requiem perdit, & cum uigilat, augmentum cogitat, cum dormit, fures ſomniat. in die eſt afflictus & ĩ nocte pauidus, ſemper autem mendicus. Videmus per effectum quòd in Auro eſt laqueus, uiſcus in Argento, & pedica in prædio: quia qui Aurum petit, ſtrangulatur: qui Argentum, uiſco hæret: & qui prædia, alligatur. Qui manè quærit lucrũ, ueſperi reperit animæ detrimentum, & ſic deperit quicquid agitur. Segregare ergo debemus mẽtes noſtras à deſide

Terrenarũ diuitiarũ amor inſatiabilis.

à desiderijs terrenis, eleuare illas ad diuitiarum cœlestiũ desiderium, quæ in solo Dei consistunt amore. Matthæus publicanus statim ut à Christo uocatus est theloneũ derelinquens, pecuniosis uectigalibus præposuit Apostolicæ conuersationis nuditatem. Bartholomæus quoq; Syriæ Regum origine clarus, non est dedignatus in piscatorum numero haberi, ut placeret Christo, & cœlestis regni spem animo cõcipiens seruire maluit in terra quàm imperare, & persecutiões pati, quàm seculi honoribus perfrui. Lucam medicum etiam Euangelistam arte picturæ animum spiritalibus negocijs fatigatum remittere consuesse accepimus. ipse Lucas in Antiochia post Petrũ septem annis fuit Episcopus, ubi Actus Apostolorum scripsisse dicitur. Fuit Lucas arte medicus & Græci Latiniq; sermonis apprimè eruditißimus, sectator apostoli Pauli, & omnis eius peregrinationis comes indiuiduus sine ullo crimine fuit. Fuit & Eusebius papa arte medicus, qui & post Marcellum pontificem pontifex constitutus sedit mensibus septem & postea martyrio à Maxentio tyranno coronatus est. Fuerunt Cosmas & Damianus medici celeberrimi, qui apud Egæam ciuitatẽ cõprehensi post uincula & carceres, post maris demersionem atq; ignẽ, lapidationemq; ac sagittas diuinitus superatas capite plexi sunt. Fuit & Panthaleon Eustorgij Senatoris filius arte medicus, genere nobilißimus, in Nicomedia ciuitate natus, qui sub Maximiano imperatore floruit, uir eximiæ sanctitatis & incomparabilis doctrinæ, qui uirginem à serpente liberauit, & Paralyticum nomine Iesu sanauit, qui Christi fidem oratoribus superatis

De diuo Mattheo Apostolo.

De beato Luca medico.

De diuo Eusebio papa.

Panthaleon martyr.

tutatus est, postea diu calore carceris afflictus, longa inedia maceratus, durißimè cæsus, tandem post multorum conuersionem confractis rotarum machinis decollatus. caput eius à Bizantio ad nostram usq; ciuitatem Lugdunensem bis ab Angelis deportatum fuit, ubi in Basilica diui Ioannis Christi præcursoris à Lugdunensibus ueneratur & colitur.

Apud Lugdunum caput diui Panthaleonis.

Fuit & diuus Isidorus Hispalensis Episcopus in medicinis ualde doctus.

Isidorus.

Fuit & sanctus Vrcicinus arte medicus, Angelicus uir, sermone nitidus, fide catholicus, ac omni charitate plenus, cui dominus tantam cõtulit gratiam, ut pro sui nominis confeßione martyrio coronatus sit.

Diuus Vrcicinus.

In lege Hebræorum sanctißimi patres medicinæ praxim exercuere. Moses imprimis post maris Rubri transitum lignum quod naturali ui sua missum in aquas amaritudinẽ abstulit aquarũ, ubi fontes amarißimi erant.

Moses medicus fuit.

Heliseus propheta, qui duplicẽ spiritum habuit, ueniens ad habitandum in Hierichò, ibiq; ad preces habitatorum loci sanauit aquas peßimas illius loci mißo in eis uase nouo fictili cũ sale in eo, Colochintidas emendauit, Naamã mundauit à lepra, ac exercitũ Syriæ cæcauit.

Heliseus.

Item Esaiam prophetam Ezechiæ languenti legimus aliquid medicinale mandasse.

Esaias.

Nonne Raphaelem Archangelum Hebræi uolunt huius artis opus exercuisse? Hanc igitur artem utpote nobilißimã, Reges ac sanctißimi patres meditari & exercere quondam nequaquam dedignabantur. Omitto nunc alios huius artis medicæ uiros, non quia in contemnendis rebus minus constantes fuerint, sed quia ante Christianismum humiles inopesq; extitisse apparet, stulta tunc & infima Deo eligente, ut sapientia fortiaq; confunderet.

MEDICVM CHRISTIANVM Auaritiam fugere debere docetur per exempla Sanctorum Patrum.

## DOCTRINA V.

At vero quia pleriq; in medicina student & habitum medicorum induunt, non ut Christum, sed ut pecuniam lucrentur, quibus dicitur. Non potestis Deo seruire & Mammonæ. Eorum Auariciæ sanctorum continentiam opponamus, ut qui piè ex arte medica in domino uiuere uolent, omni cupiditate deposita iam hinc discant, Quod gratis acceperint, gratis dare. Erasistratus Chrysippi fuit discipulus ex Aristotelis filia genitus, eximius medicus, qui cum Anthiocum regem ex grauißimo morbo sanasset à Ptolemæo rege eius filio centum talentis donatus est, teste Plinio naturalis historiæ XXVIII. Non sic Heliseus propheta fecit, qui cum Naaman Syrum à lepra curasset, nullis precibus moueri potuit ut dona acciperet. At Giezi minister eius cupiditatis stimulo percitis cucurrit post Naaman, quasi à magistro missus, mēdacijś; procacitate impudenter usus, Argentum & uestes ab eo excepit, propterea & lepra qua Naaman fuerat liberatus adhæsit illi & semini eius usq; in sempiternum, ut saltem sic primitus discat, charitatem erga proximum gratuitam esse debere, non mercenariam.

*Erasistratus medicus.*

*Helisei historia.*

Critias etiam fuit medicus Massyliensis, qui (ut Plinius

*Critias medicus.*

Plinius. Plinius scribit) ad motus syderum ex ephemeride mathematica cibos perhibens, horas obseruans, authoritate Thessalium præceßit, hic (eodẽ Plinio testante) innumeras post se reliquit diuitias. Nõ talia fecit Leonardus Leonard⁹ sancti Remigij discipulus. sancti Remigij discipulus, quoniã Gallorum Regis coniugem difficili partu laborantem, medicis iam desperantibus, ipse diuina uirtute à periculo liberarat, Regi amplißima dona offerenti haud quaquã defuturũ asserens, quicquid habere necessarium fuerit, qui omnium opifici libenter seruierit. cum ipsa ueritas dicat, Quærite primum regnũ dei & hæc omnia apponẽtur uobis. Ex Thadeus Florentin⁹ medic⁹ doctissimus. nostris neotericis medicis Thadeus Florentinus, qui medicinam Bononiæ certis annis publico salario conductus docuit, & thesaurum penè incredibilẽ congregans, magnam experientiæ suæ famam acquisiuit. Et cum à principibus Italiæ uocabatur quinquaginta Aureos in mercedem diurnam pascisci cõsuerat. Ab Honorio summo Honorius pontifex. pontifice semel uocatus nõ prius adire uoluit, quàm centum aureos sibi in diem statutos intellexit. Vnde liberatus Pontifex decẽ milia aureorũ illi condonauit. Non Cosmę & Damiani exemplum. talia egerũt Cosmas & Damianus Germani fratres, medendi arte clari. Sed pietatis officio clariores, gratuito curationem exercebant, & cum Damianus Palladia matrona morbo liberata munusculi aliquid ab ea precibus pulsatus, ac penè coactus accepisset, adeò id ægre Cosmas tulit, ut mandasse dicatur, ne eodem tumulo cum fratre componeretur, quandocũq; ipsis uita defungi cõtigisset, nihil tam iniquum existimãs quàm pro labore, qui propter deũ susceptus fuerat, ab homine mercedẽ quærere.

Iacobus

Iacobus Cauterius Ludouici undecimi Gallorũ regis Archiatros cum regẽ ſuũ ex leui morbo ſanaſſet, decem millia aureorum Rex illi donauit: is innumeras poſt ſe reliquit diuitias. Hilarion abbas huic Iacobo multũ diſsimilis fuit. Nam cum in Sicilia quidã de primoribus uiris morbo aquæ intercutis ea ipſa die, qua ad eũ uenerat curatus, cũ poſtea eidẽ offerret plurima munera, audiuit dictum ſaluatoris ad diſcipulos. Gratis accepiſtis, gratis date. Idem cãdidato cuidã Cõſtantini Imperatoris, quem itidẽ nequitiæ ſpiritu uexatũ ſanũ fecerat, decẽ auri libras dono offerenti, hordeaceũ porrexit panem, dicens quòd qui tali cibo aluntur, non pluris aurum æſtimant q̃ lutũ. Simon de Papia Lugdunẽſis medicus, ac Borbonij ducis Archiatròs theſaurũ penè incredibilem apud Lugdunũ cõgregans, magnam experientiæ ſuæ famam apud Gallos acquiſiuit, & cũ à ſuo principe ſemel uocatus fuiſſet, & eum à morbo liberaſſet: Dux decem millia francorũ illi donauit. Nõ pari animi cupiditate præditus Cyriacus martyr, cuius glorioſus exitus 6. idus Augusti nobis celebris habetur. A Roma ad Perſas uſq; ab Sapore eorũ rege euocatus, cum filiã illius Iobiam à Dæmoniaca uexatione uindicaſſet, dona quibus uel longi itineris labor cõpẽſari potuiſſet, oblata repudiauit. Neq; enim pro terreno præmio peregrinationẽ illam ſuſceperat, ſed pro cœleſti. Itaq; qui mortalis regis Gazam contempſit, ab immortali domino martyrio coronatus, æternam adeptus eſt beatitudinem. Fuere & apud Gallos corporum medici, qui pecunias innumeras poſt ſe reliquerunt, uti fuerunt Gabriel Miro, Gallorum reginæ

Cauterius medicus.

Hilarion abbas.

Notatu digna hiſtoria.

Simon de Papia.

Is medic⁹ eccleſiam cordigerorũ ſumptib⁹ cõſtruxit ſuis.

Cyriacus martyr.

Diuites medici in Gallia.

Annæ archiatros. Albertus de Podio Claudiæ Reginæ primarius medicus. Apud Parisios, plurimi ut Martialis Ageuiliaco, Acolonia, Abralione. Sunt & adhuc apud christianißimũ Regẽ Franciscũ medici ditißimi, sicut sunt Ludouicus Burgẽsis Gallorũ Regis archiatros, Copus Basiliensis, Regiæ maiestatis medicus, Ioannes Goeurolus, qui arces plurimas, domos, castra, ac pecunias plurimas poßident. Sunt & apud Montispedenses medici ditißimi Gilbertus Gryphius, ac Ioannes Falconius. Et apud Auinionem Ioannes Gulielmus. Apud Lugdunũ Nicolaus Alanda, Dionysius Turinus, ac alij plures in Gallia sunt ditißimi medici, nescio an omnes doctißimi, iuniores innumeros, ne tibi sim onerosus, silentio prætereo. Hæc autem memorare suasit humanæ curiositatis admiratio, quòd eis præmia honoresq; decernat, qui corporibus opitulari sciant, eis uerò qui animas & corpora sanant (ut de Cosma & Panthaleone dicimus) ne minimam quidem mercedem instituat Deus gloriosus. ut igitur omnium supradictorum concludatur affinitas, corpori corporea debetur medicina, corporalis medicus, & medico præmium corporale: animæ uero quia spiritus, spiritualis medicus, & medico præmiũ spirituale proponitur. Si autem fuerit medicus corporaliis atq; spiritualis, uti fuere Lucas euangelista, Panthaleon, Cosmas & Damianus, ac Vrsicinus, primo spirituale præmium proponitur, secundo quodammodo ut uiuant temporale, quia scriptum est: Qui altari seruit, ex illo uiuere debet. Ac Paulus apostolus Scenophactoriæ artis erat, unde uiuebat. Sic oportet nos persuasos esse, quoniam

Parisienses medici.

G. Gryphius. Io. Falconius. Io. Guilielmus. Medici Lugdunenses. Ni. Alanda. Dio. Turinus.

Spirituales medici.

Diuus Paulus. Cuius artis erat Paulus.

quoniam id & rationi, & doctrinæ apostolicæ consentaneum est, & quòd iacto hoc fundamento facilius patientiæ structura consurgit, huic etiam sicut mortem corpori, sic immortalitatem animæ natura denunciat, cum scilicet eam, ut naturalis opis minime egentem reliquit incustoditam. At deus curam eius assumit, non ut mortem effugiat: cui suapte natura nunquàm addita est, sed ut miseriam sempiternam, cui peccando se subijcit, euadat. Non sic ut isti Hilarion abbas, ut in cæteris omnibus fecit, ita hac quoque in parte circumspectius Orioni, à quo legionem dæmonum Christi uirtute propulerat, dona immodica secum ablata porrigenti, nonne legisti ait, quid Giezi, quid Simon magus passi sint? quorum alter accepit precium, alter obtulit, ut ille uenderet gratiam spiritus sancti, hic mercaretur. Cumq; Orion flens diceret: Accipe & da pauperibus, respondit. Tu melius potes tua distribuere, qui per urbes ambulas & nosti pauperes. Ego qui mea reliqui, cur aliena appetam? multis nomen pauperum occasio auariciæ est, misericordia uerò artem non habet: nemo melius erogat, quàm qui sibi nihil reseruat. tristi autem & in terra iacenti, noli inquit contristari fili, quod facio pro me, pro te facio. Si enim hæc accepero, & ego offendam deum, & ad te legio reuertetur. Auaricia nanq; (si apostolo credimus) simulachrorũ seruitus est, radixq; malorum omnium cupiditas. propterea quidem dominus in Exodo præcepit dicẽs. Nõ accipies munera, quæ excæcant prudentes, & subuertunt uerba iustorũ.

Hilarion abbas.

Orionis cura.

Col. 3. a.

Exodi. 23.

idem in euangelio. Videte inquit, & cauete ab omni auaricia, quia nō in abūdantia cuiusq̄ uita eius est, ex ijs quæ possidet. In ecclesiastico quoq; legimus. Qui aurum diligit, non iustificabitur, lignū offensionis est aurū. Væ illis qui sectantur illud, & omnis imprudens deperiet in illo. Deperijt nempe in illo Achab cum Iezabele, Nabaoth Iezrahelitæ interfector, & uineæ eius cruentus occupator. Deperijt etiam in illo Achan.

Ecclesiastic9.

DE QVIBVSDAM conditionibus quæ requiruntur in eo qui debet inquirere ueritatem in medicina.

DOCTRINA VI.

VBI naturales finiunt, ordiūtur medici, & ex his quæ de natura sunt, sua sumit principia medicina. Hanc ob causam Philosophi sanitatis & ægritudinis est principia inuenire. Nam sanitas & ægritudo passiones sunt animæ & corpori cōmunes, animæ quidē, ut efficienti, corpori uerò ut subiecto, & solis animalibus conueniunt. Sanitatē enim, & ægritudinem, uita carentibus & etiam sensu cōuenire impossibile est, hinc quoq; fit ut medici cōplures naturalis philosophiæ admodū studiosi sint. Nam ubi determinationē suam expleuerit philosophus, suā incipit medicus. Ex his quæ in philosophia naturali determinata sunt, præsertim de animaliū passionibus corporis & animæ, ut in libris Aristotelis de generatione, in secundo de anima & paruis naturalibus, medicus suam determinationem sumit. Quare hanc philosophiæ naturalis partem cognoscere necessariū est his qui ad medicinæ cognitionem aspirant. Oportet etiam eum, qui

Arist. libro de sensu & sensato.

Quas partes philosophiç scire debet medicus.

qui medicus est, perfectum esse & probum, omnes scientem artes & sententias uerborũ intelligentẽ, qui & logicæ libros legerit, & disciplinas quatuor quæ sunt Geometria, Arithmetica, Musica, & Astronomia, Logica enim uerborum est libera, & omni utilis arti. Geometriã scire debet, ut per eam uulnerũ cognoscat figuras. Rotunda etenim uulnera difficile sanãtur. At uero triãgula, quadrãgula & similia facile curãtur. Astronomia quoq; eget, quò medicaminibus electis utatur temporibus quibus est luna beatis & felicibus contemperata planetis. Eget etiã musicorũ scientia, ut suam exerceat in cordarum sensu diligentiã et tonorum, quò facilis pulsuũ fiat illi doctrina & sensus uenarum. Postremo & philosophiam, ut iam dictum est, notam habebit. Nam ut inquit Aristoteles, ubi naturales finiũt ordiuntur medici. Et ex his, quæ de natura sunt, sua sumit principia medicina. Expedit ei, qui sapiens & cõsummatus futurus est medicus, ut natura particeps sit earũ rerũ de quibus Hippocrates ait libro de lege, ingenio ualeat, doctrina, bonis moribus. ingenio in primis opus est medico, quo repugnante uana sunt cætera, probet seipsum antequàm medicinæ fores ingrediatur, ne reluctante eius ingenio & natura in uanum laboret. Naturale enim ingeniũ adiuuat artem & naturã regentẽ. Et ut inquit Galenus octauo Methodi, exercitatum & natura prudentem oportet esse medicum. Et Damascenus nulli studioso credendũ est medico, nisi ætate approbato. Medicus christianus ambitiosus esse nõ debet, nec immoderatè honores nec laudes cupiat. non auarus nec auri cupidus, non blasphemus, nõ

Verba Damasceni.

Artes quadriuiales quatuor

Astronomia eget medicus.

Musica necessaria.

Galenus.

Damascenus.

Conditiones medici christiani.

detractor, non bilinguis, non fallax, non iracundus, non crapulosus siue gulosus, nō cōtumeliosus, nō cōtumax, nō dißidiosus nec discordans, nō elatus, non loquax aut uerbosus, nō litigiosus, non mendax, nō inuidus, nō uindex, non cupidus, non supra mensurā bibens. Oportet medicū esse expeditū lingua, astutū, sagacem, prouidū, acutum, castum, grauē, humilem, honestū, māsuetū, pudicū, uigilem, abstinentē, illatarum sibi paßionum occultatorem, iustum, ad loquendū tardum, affabilem. Non reuelet medicus patientis secretū. Erit, inquit consiliator, Medicus neq; die, neq; nocte studio deficiens, sed lector aßiduus & meditator indesinens. Nam meditatio clauis existit sapientiæ. Abundanter enim (inquit Damascenus) libros peritorū uirorum legat, & eorū secreta discutere iuuat omnem sapientē. Libros Græcorū ac Latinorū illustriū legat, Arabes percurrat, nō tamen in cunctis Arabibus credat. medicus sit corpore mundus, honestus, nitidus ac uestimentis ornatus.

Mores boni medici christiani.

Damascenus.

DE VERA lege ac iureiurando & modo se habendi erga patientes ex Hippocrate ac Galeno.

## DOCTRINA VII.

QVI SAPIENS omnino & cōsummatus futurus sit medicus (inquit Hippocrates) huic opus est natura, ingenio, doctrina, bonis moribus, puerili institutione, laborandi studio & tempore, imprimisq; ingenio opus est, quod si repugnat, cætera omnia uana sunt, sin ad optimā uiam procedit, institutis ars & documentis percipitur, quæ tamen diligenter illi etiam uendicanda

ac perdiſcenda eſt, qui à puero eruditus ſit eo modo, quo ingenioſos educari inſtituiq; oportet. præterea multo tēpori multū ſtudij & laboris adijciendum eſt, ut iam confirmata corroborataq; artis perceptio iucundos fructus ſine difficultate parere poßit. Quemadmodū enim ea naſci procreariq; uidentur, quæ terræ mandantur, ſimili modo medendi facultatis cognitio prouenire cernitur. Ingenium (inquit Cous Hippocrates) ueluti ager, doctorū placita ſunt, ſicuti ſemina, puerilis educatio, ut tēpeſtiua ſementis, locus in quo percipitur, quemadmodum circūſiſtens aër ſatis nutrimento eſſe ſolet, laborandi ſtudium eſt ipſa cultura. Sed tēpus omnia hæc corroborabit, efficietq; ut perfectè nutriantur atq; maturentur. Hæc quidem (inquit) ſunt quæ ad medicinam referri oportet, quā qui rectè hoc modo perceperint, urbes frequētando non uerbis ſolū, uerumetiā re medici cēſentur. Nempe imperitia malus eſt theſaurus, malumq; ærariū poßidētibus, ſomniū & uiſuū fiduciæ ac gaudij expers, timiditatis autem & audaciæ nutrit. Timiditas enim facultatis inſcitiam arguit, Audacia autem artis ignorantiam. Duæ enim ſunt, ſcientia & opinio, quarum altera efficit doctum hominem, altera ignarum: ſcilicet ſcientia cauſa eſt ſciendi, opinio autem ignorandi. ſed initiatis phas eſt ſacra oſtendi, prophanis autem nephas antequàm ſacris ſcientiæ orgijs perfecti inſtitutiq; fuerint. Hæc ille. Vt igitur Hippocrates malos prohiberet, bonos autem confirmaret (ſic legis officium eſt) hanc legem ſcripſit. Quæ ut ſeruaretur, eius ſicut noſtrorum iuriſconſultorum legum traſgreſſoribus pœna

Quid ſcientia.
Quid opinio.

adijcienda eſſet, ne temerati & illorum impunitati noſtra pœnas lueret innocentia. Mihi tamen unum hoc te aſſari liceat, medicos ſi hãc Hippocratis legem iuſiurandũq; eius quẽadmodum cætera Hippocratis artis præcepta ſeruarent, ſine dubio eã quæ ab Homero tribuitur, laudem conſecuturos eſſe, futuros enim inter alios homines tanquam principes & dominos, ita ut nũquam à Romanis urbe expulſi fuiſſent, aut in illorũ ludibriũ ſepulchris inſcriptum eſſet: Hic turba medicorũ perijt. In iureiurando ſuo Hippocrates per Apollinẽ iurauit promiſitq; doctorem, qui hanc artem docuerit, loco patris habiturum: uictum, fortunas, cæteraq; quæ illi opus fuerint, cũ eo cõmunicaturum, eiusq; proli æquè tributurũ ac fratribus, quibus natura cõiuncti ſumus: hãc artem, ſi illis uſus fuerit diſcere, ſine mercede aut pacto doctu rũ, nihil per iniuriã facturũ, nemini rogatũ mortiferam potionẽ daturum, neq; id cuiquã conſulturũ, cũ integritate & pietate uitã artemq; ſeruaturũ, laborãtes calculo nequaquam inciſurũ, ſed eius rei peritis id conceſſurum, quaſcũq; domos intraret, ſolũmodo ſanãdis ægrotis operam daturũ, omni uoluntaria & exitiali iniuria, omni libidine, omni deniq; rei Venereæ cupiditate remota: quæ in corporibus ſiue mulierum ſiue uirorum, ſiue liberorum ſiue ſeruorum curandis, quæq; citra curationem in hominum uita ac conſuetudine uel uiderit uel audierit uel quoquomodo cognouerit, quæ in uulgus aliquando efferri non oportet, tanquam arcana & myſtica ſacra ſemper taciturum. Hæc ille. Ex eius dictis ſapienter ſentiendo recteq; iudicando Hippocratem omni

Iuſiurandum Hippocratis.

Quę iurauerit Hippocrates.

doctrina

doctrina omniq; disciplina insignem fuisse: à quo etiā & Plato & Aristoteles multa didicerūt: cum alter in Cratilo, alter in libro de interpretatione sentire uidentur nomina rebus posita esse instituto non natura, quæ sententia puto non aliunde sumpta est, quàm ab Hippocrate in libro, qui demonstratio Hippocratis inscribitur, quem legens iudicare, & ut aiunt oculis cernere & manibus tangere poteris, si per ocium licet. Non erit igitur medicus iuxta doctrinam Hippocratis, ac etiam iuxta diuisionem Galeni duodecimo Methodi malus & sinister, non intendens sanitatem, sed ægritudinem, aut ægrotantis mortem: talis omnino fugiendus est, & ab orbe & consortio hominum delendus. Hic est de illorum numero, quos princeps Arabum medicorum Auicenna maledixit dicens. Descendat de cœlo ignis, & spiritus procellarū, qui faciat eos esse de suburbanis Sodomæ & Gomorræ. Sunt enim inquit Cordubensis Auerrhous peiores spoliatoribus mortuorum: qui solum uestimenta deportāt. In quos & Damascenus proclamat, cū inquit eos esse, qui animam suam dantes secularibus diuitijs, fundamēta ipsius medicinæ & artium doctrinā penitus neglexerunt. Galenus in Libro de elementis autoritate Hippocratis inquit, Medici quidem nomine sunt multi: opere uero pauci. Mesues iuniorum medicorum Euangelista inquit, Tu qui corporum curā geris, auxiliari ne differas, nam semel pereūti nulla sunt deinde suffragia: non igitur differas, quod nunc facere potes. Omnia tamē fiant cū præmeditatione. Nā ut Galenus in primo separatorū Hippocratis sermonū inquit, Nobilitas subiecti

Auicennæ maledictio.

facit nos in experimẽtis multum eſſe timidos. Debet eſſe medicus pius ac miſericors, ut potius pietate uiſitet, quàm præmij gratia. Quapropter inquit Meſues, Ratio clamat ad iudiciũ, ſi pietatẽ & miſericordiã deſeris. Oportet igitur medicũ cũ ægroto lãgueſcere, ac ſanitatẽ affectare. Qui enim reſpicit ſuper egenũ ac infirmũ, in die mala liberabit eũ dominus deus noſter. Caueas tu medice, ne amor aut preciũ, aut ſpes, aut timor, aut minæ, uel alia humanæ fragilitatis accidentia te circũueniãt, ut decliuis ſis à recto. Sunt enim cœli, qui arguunt, elementa quæ ſeruiunt, & ſi nihil in hoc ſæculo, erit in poſterum cruciatus gehennæ. Si arſiua & acuta fuerit ægritudo aßiſtat medicus ſemper infirmo. Nam ut Razes decimo inquit ad Almanſorẽ in ægritudinibus arſiuis neceſſe eſt, ut medicus ſemper aſſiſtat. In alijs ægritudinibus bis in die manè & ueſperi patientem uideat. Nullum patientem non requiſitũ uiſitet, niſi fuerit pauper uel affinis aut domeſticus & amicus. Oportet infirmis ſemper ſalutem promittere, nunquam illos à ſpe deponere, & ſi ipſe deſperes. Quapropter Caßiodorus inquit. Naturalis cura eſt ægris lætitiam dare, nam fac inualidum gaudere, & ſanatus erit. Non ſuſcipiet medicus onus malarum ægritudinum ſub ſpe lucri, dicente Meſue, Nolite ô medici malarum ægritudinum curæ onus ſuſcipere, nec nomẽ ſubire medici mali. Quare Razes x v. continentis inquit, Curandi ſunt à te ô medice morbi faciles, & fugiendi, qui fallaces ſunt. Prudentis enim medici eſt inſanabiles, ac deſperatos morbos non curare, ne hominem occidiſſe, qui ſorte ſua interiturus

erat,

erat, existimetur. Debet & medicus à pharmacopola uel ab amicis, qui patientem uisitarunt, inquirere de patientis ægritudine ac de illius accidentibus, de appetitu, de somno, ac uentris lenitate & similibus, & si febrem patiatur, qua hora inuadat febris, & si cum rigore, & si in parte aliqua doleat. Cũ medicus ad ægrũ uenerit, salutet illum dicendo, Liberet te deus, uel, Salue frater, nec arteriam protinus tangat. Periti enim medici manum non protinus, ut ueniunt, apprehendunt. Sed primum hilari uultu resident, sermone leni sollicitudinẽ submouent, nam & medici conspectus, ac alia multa de facili uenarum rationem turbant. Medicus antequam aliquid ordinet, à parentibus ac amicis quærat si confeßionis sacramentum habuerit. Sunt enim medicis duo præcepta. Primum ut priusquam ad infirmorum curam deueniant, eos admoneant, ut medicos aduocent animarum. Alterum ne infirmis quicquã suadeant quod in perniciem uergat animarum. Vnde inquit Azaronus ægritudines nonnunquam inuadunt homines ex malitia regiminis cibi, & potus, & ex peccatis, & præuaricationibus, & ultima caussa ex maledictis dæmonibus, qui dicũtur Alabin. Medicus in omnibus sit prudẽs, & cũ ingreditur ad patiẽtem circũspiciat si forte uiderit fructus, herbas aut fomenta, per quæ ex coniectura poßit cognoscere ægritudinẽ patiẽtis: qua coniectura usus est Galenus, dum à Glaucone duceretur ad uidendum medicum credentẽ se pati pleuretidem, cum tamen pateretur apostema iecoris. Vide librum de locis paßis capite VII. libri V. Notare debet medicus

Hilaris medicus esse debet.

Duo medicorũ præcepta.

locum

locum domus & aërem illius, laudare debet si decens fuerit aër: aut reprobare, si fuerit malus. Postea hilari uultu & facie serena faciem prænotet: nam ut inquit poëta. Heu quã difficile est crimen non prodere uultu. Nam in facie magna est uirtus. Ex dispositione enim faciei cognoscere potest uigorẽ, mortificationẽ cãdoris naturalis manantis ex corde. Debet & medicus Arteriẽ pulsatilẽ tangere, & quatuor digitis manus dextræ cum silentio pulsum inquirere etiã utriusq; brachij: & omnes differẽtias notare usq; ad cẽtesimã si necesse fuerit uel ad xx. ut alij, ut discernere poßit medicus an pulsus sit æqualis, an inæqualis, ordinatus an inordinatus, an interfectus in medio cadens, quas differentias non poterit quandoq; cognoscere, nisi post multas percußiones. Post cognitionem pulsus tangat pectus, hypocundria, regionem iecoris. Videbit linguam, dentes ac oris particulas omnes. Postea lotium ac urinam perpendat, & consideret, quæ consideranda sunt. Caueat tamen ne in præsentia patientis iudicium ferat de pulsu uel lotio. Est enim æger semper attentus, ut audiat, quæ medicus de eo dicit. Medicus ad ægrum reuersus salutem certã promittat, nec eo casu uereatur mẽdacijs uti, & si aliqui de mẽdacio Abrahaã notẽt apud Pharaonẽ Aegyptiorũ regẽ de uxore, quòd soror erat, dicẽdo: Sunt enim medicorũ mẽdacia officiosa nõ perniciosa, iuxta illud: Promittunt medici: tractant fabrilia fabri. Ordinabit medicus, quæ ordinanda sunt, hortãdo patiẽtẽ ut præbeat seipsum: quæ oportet, facientem, suscipiendo quæ parabuntur ab amicis & famulis. Sit igitur in cunctis medicus prudẽs, in omnibus uideat lotium,

*Quomodo tãgere debeat venã medicus.*

*Mendaciũ officiosum in medico.*

lotium, egestionẽ, sudorẽ, uomitum, sputum, ut cũcta bene perpendat. Audiat ab ægro, & ab astantibus omnia, quæ poterit audire de ægri accidẽtibus. Et ut inquit Damascenus oportet de omnibus ægrum, unde ægritudo nasci solet inquiri tam in exterioribus, quàm interioribus, neq; te ægrum per omnia interrogare pudeat.

## DE PRVDENTIA MEDICI IN interrogando & pronosticando.

## DOCTRINA VIII.

SI DE NOVO medicus ad curã alicuius ægroti uocatur, quærat an aliquid illi factũ fuerit, & quæ remedia, & si nocuerint, nõ laudet, si uero iuuerint non laudet. Nam ut est in Adagio Vulgus nugis pascitur. Tria medicus sapiẽs petet autore Galeno lib. 11. de membris dolẽtibus. Primo mẽbrum in quo est ægritudo. Secũdo paßionẽ. Tertio symptomata, & horũ caussa in noticiã illorum ueniẽs. Cõsiderans imprimis præterita ipsa dearticulatè perquirat, interrogãs quo tempore, qua die ac hora patiẽs ægrotauerit, & si aliàs passus fuerit talẽ ægritudinem, quo regimine usus fuerit. Quo ad symptomata perquirat de accidẽtibus animatorũ mẽbrorũ an patiatur dolorẽ capitis, aut uigilias superfluas, uel insomnëitates, & de accidẽtibus spiritualiũ membrorũ, & an bene spiret, & si habeat circa pectus incendiũ. An patiatur tremorẽ cordis suspiria, quantũ ad nutritiua mẽbra, an appetitus sit prostratus, sitiat uel famescat. Si cibũ & potum retineat, uel uomat, si assumpto cibo grauetur, si fluxũ uẽtris aut urinæ, sudoris, mẽstruorũ uel emorrhoydũ habuerit. Ex his enim præteritis, & præsentibus ui-

Tria petere debet medicus.

delicet

delicet urina, egestione, sudore, & alijs existẽtibus mutatis & qualitate mutata, medicus in operatione sua fortunabitur. De prænotione dixit Gale. in lib. prænotionũ. Nõ circũambulo prædicãs meas prænotiones, & curas, ne medici odiãt me & dicãt diuinatorẽ & magũ. Quapropter cõuenit medicũ esse sagacẽ, astutũ, non præcipitem, nec festinũ in futurorũ pronũciatione. Nihil igitur medicus in prima uisitatione iudicabit de futuris, expectabit futura signa subsequẽtia in patiẽte. Si sunt signa bona & præualuerint, pronũciet de salute, si uero econtra de perditione. Sit tamen in sermone semper dubius, quia dicit Gale. VI. separatorũ sermonũ. Oportet medicum studiosum esse, ut nõ aliquid absolutè prædicet. Nã morborũ & præcipuè acutorũ nõ oĩno certè sunt pronunciationes salutis, aut mortis, licet neq; Cronicarum, saltẽ quo ad eorũ initia, quod propter naturæ diuersitates euenit & inordinationẽ. Cũ enim ostẽta, ꝓdigia, mõstruositates interdũ occurrãt in ægritudinibus, ueluti in naturis, ut habet Auerrhous VII. Colliget. Quare secũdo de membris paßis Gale. inquit, Semper secũdum totã uitam meam meipsum ab audaci confeßione & iudicio abstinui, & medicans usq; ad senectutem, nunquam usq; hodie erubui secundũ curã uel prænunciationem ut alij gloriosißimi medicorũ, nõ enim debet medicus ad interrogata subito respõdere: sed prius super ea cogitet. Ait enim Damascenus, Si interrogatus semper velociter respondet, dubitandũ est. Et ut quidã medicorũ dicit. Medici est suspectus ægritudines aggrauare. Debiles uerò earum in dubio ponere, in hoc tamen semper modus adsit.

Sic

Sic se habens medicus, neq; erubescet, neq; dictorũ suorũ cum penitebit. De salute autẽ iudiciũ depositurus medicus sermonẽ amplificet, & lætũ se ostẽdat, nunquã uerò sic de morte. Non præsumat medicus alicui patienti infra limitatum tempus salutem promittere, sed fideliter se operaturum iuxta sapientum doctrinam.

## DE MEDICINIS PVRGANTIBVS, ET quomodo curari debeãt per eas ægrotãtes.

## DOCTRINA IX.

De motione corporis, quæ fit per pharmacias ita scribit Plato in libro uniuersi. Tertia cõmotionis species tũc demũ, cũ summa cogit necessitas utilis, aliter uero nullo mõ sanæ mẽtis homini suscipiẽda medicorũ illa purgatio est, quæ pharmacis, id est solutiuis medelis fieri solet, morbi enim nisi periculosissimi sint pharmacis irritandi non sunt. Hæc Plato. Cornelius Celsus lib. II. cap. XI. ita scribit. Nunquam in aduersa ualetudine medicamentũ eius rei caussa rectè datur, nisi ubi hic morbus sine febre est. At ubi febres sunt, satius est eius rei caussa cibos, potionesq; adsumere qui simul & alãt, & uentrẽ molliãt. Hæc ille. Erit igitur in usu medicina potius cibalis quàm pura. Vnde Damasce. in lib. separatorũ sermonũ ait, Medicina, quæ tẽperamẽto uicina est, salubris est & odorifera. Si secũdũ eã cibus fieri possit optimũ esset medicamẽtũ. Quare aliquãdo cũ decoctione carniũ mãna exhibetur, & aliquãdo cassia fistula, & mercurialis & borrago. In curis passionũ quæ secundũ discrasiã fiũt, optimè operãtur illa, quæ sanãt discrasiã, & cum hoc possunt nutrire. Solutiuas medicinas, quoad fieri potest, deuitet medicus christianus, & illarũ usum Notatu dignum.

differat, quātū poterit. & si eis uti oportuerit, expedit, ut eas cognoscat, ut ne ordinet pro salutari letiferam. si scamoniū ordinauerit, cognoscere scamoniū debet scientia certa, & nō cōiecturali, quod fieri nō potest ī Gallia, cū Galli herbam ex qua fit scamoniū nunq̄ uiderint. De Turbith, qui multos cōturbat, nullam noticiā Galli nec Itali habent, nec certā nec coniecturalē. Est enim ignota radix cum sua herba. Cauere quoq; debet medicus ne in substantia medicinarū sint adulteratæ ac falsificatæ & corruptæ, aut nimia uetustate cōsumptæ spiritū ac uirtutē nō habentes. In cura ægritudinis nō dantis inducias, ut in colica uel angina, expedit medicū promptū, solertem, ac copiosum esse in exhibendis remedijs, gradatim tamen unū post aliud. Plurimū laudandus est medicus copiosus, si tamē oīa cū ratiōe faciat. Caueat medicus ne fomētatiōes infrigidātes uel embrocas circa aliquod mēbrū applicet tēpore crisis, uel sudoris. nō debet medicus leui dolori in febribus medelā exhibere nisi excesserit dolor.

Turbith multos turbat.

PERORATIO.

NOs certe fili charißime speculo Christiani ac fidelis medici finē adiuuante deo imposuimus. Sic deū omnipotentē suppliciter adorantes. Gratias agimus summe deus, illuminator mentiū authorq; bonorū, q nobis præter meritum ad absoluendū opus tantū tua gratia uires suppeditasti. Da precor clementißime Deus ueram lectori pio prosperitatē, infunde præterea lumen, quo uera paßim discernat à falsis, ne uspiam, uel meditando, uel agendo, à tua uoluntate dissentiat.

AMEN.

# IN LIBELLVM
## DE GALLICA THERIACA
## AD DOMINVM BARTHOLOMEVM

Argenterium, D. Hieronymum Montuum, atq; D. Baptistam à Ferrarijs, Astensium medicorũ primarios dignissimos, Symphoriani Campegij Equitis aurati Epistola.



EA EST hominum cæcitas ac dementia Hieronyme atq; Bartholomee amicissimi, ut id se scire cognoscereq; autumẽt, arbitrẽturq;, credant, quod nec intelligẽtia capere possunt, uec ullo pacto assequi, ut pote solis Græcis proprium, aut solis latinis à iuuentute literis Græcis afflatis hominibus: quales fuisse Hermolaus Barbarus, Leonardus Aretinus, Laurentius Vallensis, ac Georgius à Valla. Et ex recẽtioribus Leonicenus, Linacrus, Capus, Marcellus Florentinus, Ruellius Gallus. Compertum est Arabes Theriacarum fabrifactores, qui post nocturnum (ut arbitror) sommũ aut largissimam compotationem foro assistentes, Mitridatum, Theriacam, ac Triferam persicam scribunt. Hi peculiarem Theriacam non Græcorum sed Barbarorum, Arabum, Persarum, ac Pœnorum asserunt necessariam esse, atq; tutantur, quam tamen adulteratam esse certe scimus & cognoscimus, uel ex hoc mihi persuadeo, quòd nec Andromachus, nec Galenus, nec Paulus, nec Oribasius

cæteriq; Græci ſcriptores omnes eximia præfulgentes doctrina, non talem Theriacam quam Auicenna, Razes tradiderunt, ſed aliam cõpoſuerunt. faceſſant igitur mẽdaciſsimi iſti ac helleboroſi ſomniculatores Antyciraſq; nauigẽt. Quis enim niſi myops prorſus ſit, aut talpinus homo oculis patentiſsima ipſorum non cognoſcat mendacia? quis diſcordantes nugas non intelligat? quũ inter ſe Horologia cõueniant melius quàm ipſi inuicem. poſſunt quidẽ (nõ nego) Arabes Arabibus, Aegyptij, Aegyptijs Theriacam aduerſus illorum uenena componere. poſſunt quidem & Galli Theriacam ac Mithridatũ ex rebus Gallicis cõficere. ſed à quibus, ſed quo modo poſſint, in hac noſtra gallica Theriaca ſufficienter oſtẽdemus. Quã uobis Bartholomee Hieronyme atq; Baptiſta ſuauiſsimi nominatim dedico: tum quòd doctiſsimi, tũ quòd bonarum omnium literarum ſtudioſi eſtis. hac tamen lege uobis dedico, ut eos à uirulentis oblogentium morſibus tutemini, ſi placebunt, ſi uero diſplicebũt, quòd uitio aliquo aberrent, ut emendetis & ita utraq; ex parte tuti & ſecuri in uulgus procurrant, beneficium in ſe ueſtrum recognoſcentes. Valete & Symphorianũ Symphoniace amate.

DE THE

# DE THERIACA GALLICA LIBELLVS A DOmino Symphoriano Campegio Lotharingiæ Archiatrò ac Fanergiæ domino compositus.



VONIAM uerò medicorũ pomeria aliquo modo sumus ingreßi pergamus porrò in hasce cõmẽtatiões cõgerere, quæ uellicatim hinc inde præcerpsimus, ut uarietas ipsa iucundiorem præstet, ac illicẽ magis, si Plautine loqui non dedecet, nostram racemationem. Igitur in eorundẽ uiretis amœnitatibus Theriacã obseruauimus bifariam intelligi. Nam uno modo ac proprie dici Theriacam audies, quæ ex Therio id est uipera assueuit. Alterã uerò sine permixtiõe id genus. Quãdo simplicia itẽ Theriaces noĩe uocari reperies. Nã Auicẽna secũdo Canonis, Capite de squilla, Theriaca est inquit aduersũ uenena. Itẽ de Opopanace cum Aristologia inquit, pota Theriaca est. Sũt qui nõ ideo dici Theriacẽ putent, quia Therion id est uipera pmixtiõem ingrediatur. Sed quia aduersus theria hoc est feras ueneno imbutas præsentißimum sit remedium. Plinius libri uigesimi capite ultimo Theriaces confeßionem describit, qua sit usus aduersus uenenata omnia magnus Antiochus, nulla prorsum mẽtione uiperæ. At libro nono & uicesimo, fiunt ex uipera inquit pastilli. Qui theriaci uocantur à Græcis, & mox paulo significandum inquit uidetur è uipera tantũ hoc

Medicorũ pomeria.

In theriaca nõ de neceßitate ingreditur uipera.

Vnde theriaca dicatur.

Antiochus magnus.

fieri. Alibi in eodē libro Theriace uocatur excogitata compositio luxuriæ. fit ex rebus externis, cum tot remedia dederit natura quæ singula sufficerent.

## PASTILLI EX VIPERA SIVE THEriaci ex Galeno ac Plinio.

## CAPVT II.

Theriacę proprietas.

EST AVTEM Theriace nobile illud ac celebratum medicamentū, ex eo dicta, quòd medetur morsibus uiperarum, auxiliaturq́; cōtra uenena bestiarum, uel quòd ex carnibus uiperarum conficitur. Quod & ipse Galenus euidenter ostēdit, docens theriaces compositionem. Siquidem à capite & à cauda uiperæ quaterni digiti amputantur, membrana detrahitur, & una cum adipe intestina quoq; eximuntur, reliquū corpus in aqua dulci cum sale & anetho coquitur, mox pane similaginis purgatißime commixto in umbra seruatur, fiuntq́; trocischi medico effectu ad plura malorum genera mirabiles. Estq́; hoc pharmacū ut Græci uocitant auxiliorum saluberrimū malorumq́; discußiuum. Plinius uerò nec id omisit. Quid enim ab illo amissum est? qui quos Galenus cæteriq; medici trocischos uocāt, ipse pastillos appellat. Cuius uerba ex libro undetrigesimo subijciam, quæ sunt hæc: Fiūt & ex uipera pastilli, qui theriaci uocantur, quaternis digitis utrinq; amputatis, exemptisq́; interaneis & liuore spinæ adherēte, reliquo corpore in patina ex aqua & anetho discocto, spinisq́; exēptis, & addita similagine, atq; sic in umbra siccatis pastillis, quibus ad multa medicamenta utūtur. Idē alibi tradit quosdam uiperis ut i in cibis, quas quatuor digitorū mensura utrinq;

Plinius.

Galenus.

Pastilli ex uipera.

Vipera aliquādo in cibis datur.

utrinq; præcisa, exēptisq; interaneis discoquūt in aqua aut oleo sale & anetho. Generosa igitur illa Antidotus ab Andromacho seniore theriace à Iuniore Galeno, non à Galeno medico eius sibi nomen usurpare cupiente, ut credere, uisus est Auicenna à tranquilitate uocata est, ut scribit Galenus, non à Tyro serpēte. Nullus enim est serpens qui Tyrus appelletur, nec Theriaca à Tyro, sed Theriaca à feris siue belluis apud nōnullos Græcos uocitata est, quòd aduersus omnes belluas uenenatas instituta sit, uel à trāquillitate secūdū alios. ostendit Manardus inter iuniores medicos maxime laudādus, feras illas quæ in Antidoto illo sunt ponendæ, quibus Theriaci pastilli concinnātur, non ex Aegypto petēdas, sed in media ipsa Italia reperiri. nos autē asserimus & in Gallia ipsa Narbonensi reperiri plurimas uiperas, quæ in Theriaca reponi iure possunt. Generosa antidotus. Calenus. Auicenna. Manardus.

DE HEDICROO MAGMATE, QVOD Alindaracaron Arabes uocant.

CAPVT III.

SIMPLICIA medicamenta, quæ in Hedicroo magmate ingrediuntur dico non afferri ad nos, uel nō sine macula, uel in totū ignorari puto. Ea sunt Aspalathon, Calamus aromaticus, xilobalsamō, Maron. Aspalathon uero nisi sandali uocati species sit, puto hoc tēpore penitus ignotam, sicuti & Calamum Aromatiten. quod enim uulgus eo nomine uocat, radix est, nō calamus, nec ut arbitratur Manardus calami illius radix est, sed uel acorus est, ut etiā suspicari Hermolaus quodam loco uisus est, uel alia quædā res nobis ignota. ipse quoties Aco- Ea simplicia quæ non repe- riuntur apud nos. Hermolaus.

ro opus est, non uulgari illa radice, & iniucundi odoris, sed uocato Aromatico calamo, uti consueuit. Quapropter à uera Theriaca trocischi quos Alindaracarõ Arabes uocant, Græci uerò Hidocroon reicendi sunt.

## DE PASTILLIS DE SCILLA QVOS Arabes de Squilla uocant.

## CAPVT IIII.

Pastilli siue trocischi de scilla.

SCILLAE pastilli uel ut uulgato sermõe loquar Trocischi apud iuniores Pharmacopolas fiunt ex mediocri Scilla, & assam illam in olla & postea terũt illam & miscent cum farina herbi, id est Orobi quem nostri Getiam uocãt, & secũdũ Andromachum sint duæ partes Orobi, & una Scillæ, & inde formẽtur pastilli. Iuniores medici accipiunt Scillæ partes duas & farinæ Orobi partem unam, inde fiãt trocischi. Scillæ contra rimas pedũ crudæ partes oleo infernefactæ, aut cũ resina subactæ imponãtur: illiniuntur uiperarũ morsus decocta in aceto Scilla. de ea dicimus ample, in nostra officina capite de aceto squillitico & in lotht squillitico. De Orobo scripsimus libro castigationum. I. cap. XXII.

Getia est Orobus.

Scillę uires.

## SIMPLICIA QVAE MAXIME VAlent, contra uenena & quæ in Gallia reperiuntur.

## CAPVT V.

Pharmacopole ab Arabib⁹ decipiuntur.

INTER reliquas errorum causas qui proximis seculis in medicina acciderunt, hanc fuisse non minimã puto, quòd medici Seplasiarij ac pharmacopolæ fere omnes de simplicibus medicamẽtis Indorum, Aegyptiorũ, Arabum, ac Syrorum nihil cognoscẽtes Sarracenorum

Mahu

Mahumetantium, Indorum, Ethiopũ, arbitrio compositiones medicaminum permiserunt. inde factũ est quòd generosa illa Antidotus ab Andromacho seniore uel omnibus uel certe pluribus potestatibus carere inuenta sit, quas ei antiqui medici ascripserint. huic rei occursurus ego inter Gallos homo nouus & uix intra ꝓprios lares (ut dici solet) cognitus, audeo contra eos insurgere qui authoritatẽ sibi multis ãnorũ seculis præscripserũt. huic rei Hermolaus barbarus, Nicolaus leonicenus, Copus basiliẽsis, Ruellius, Marcellus, Manardus, Petrus Barotius, Fuschius, Pandolphus collinutius, uiri inter iuniores scriptores multa prudentia, occursuri, maximum in Theriacæ compositione errorem suis cõmentarijs castigarunt, ostẽdẽtes multa nõ afferri, & in totũ à Pharmacopolis ignorari quæ in ãtidoto descripta sunt. Hæ sũt, Myrrha, Balsamus, Rheon, Amoniũ, Casia, Schoenianthos, Nardus Indica, Malabathrum, Lennia terra, Cardamomũ, Dictamum, Petroselinum Macedonicum, Scordiũ herba, radix pẽtaphylli, Thlaspi, Aspalathon, Calamus odoratus, ac alia quæ in libro nostrarum castigationum ac officina nostra ample docuimus, ad quem lectorem mittimus, si per ocium licet. Cum itaq; hi qui Arabum placita sectãtur & qui nihil nisi quod ab India aut Arabia uenit recipere uolũt, in magna caligine rerũ uersentur, facileq; infinitis errorũ nexibus implicẽtur, cogitent studiosi, ut potius à simplicibus quæ in Gallia, Italia, Hispania, aut Germania, nascuntur & nobis familiaria sunt, quàm ab Arabũ lacunis simplicia medicamẽta hauriãt. Quod aũt obijciũt, nihil nos ꝓferre posse ex nostris, qđ

Andromach⁹ senior.

Hermolaus. Copus. Ruellius. Marcellus. Manardus. Barotius. Fuschius.

Quę non reperiuntur simplicia.

Contra Arabes.

Pro Gallis responsio.

calamo aromatico, agalocho æqualiter confortet, ac calefaciat. id respődemus, nostra culpa fieri, qui hoc ignoramus, uerũ id palatum nostrum nõ fert, quia non titillat, quod non ex Arabia aut India asportatur. Quapropter necessariũ mihi uisum est undiq; ualetudinis auxilia ex simplicibus medicamentis quæ in Gallia nascũtur ad oẽs morbos construere, & uelut breuiarium Theriacã Gallicam colligere: ut sciam si quis mihi lãguor inciderit nõ facturos illos Indos ac Arabes ad me aditũ nec capturos occasionem. Ante omnia autem puto in promptu habẽda quæ subito desiderata difficillima uidentur, sicut Rutha, Aristologia, Agaricus, & similia, quæ contra uenena ualent ac in Gallia reperiuntur. hec enim sunt pharmaca ex quibus uera Theriaca componitur.

Gallica theriaca.

Quæ aduersus ualẽt uenena.

THERIACAE GALLICAE
uera compositio.

CAPVT VI.

Accipe pastillorũ scillæ aũr. 48. seminis napi allei domestici, & syluestris, agarici albi & leuis singulorũ aũr 12. radicis pentaphyli, prassij, pulegij, gũmi, laricis, spicæ celticæ, id est, lauẽdulæ, ameos, camedreos, gẽtianæ, herbæ perforatæ siue ypericonis, dauci, id est, seminis pastinachæ syluestris, singulorũ aũr 4. centaureæ minoris, Aristolochæ rotũdæ, castorei singulorũ aũr. 2. Nucum iuglandium, caricarum pinguium, ruthæ, seminis raphani, lupinorum, seminis apij, serpili, trifolij, bethonicæ, nucis auellanæ, aristolochæ longæ, consolidæ maioris, dragonteæ singulorũ uncias 3. artemisiæ absynthij,

Scillæ pastilli.

Theriacæ compositio.

Valet & pastinacha domestica siue bauchia.

Sunt ista oĩa in Gallia nota.

thij, baccharũ lauri, salis marini, panis porcini, yreos singulorũ uncias 2. oßis de corde cerui numero 6. seminis citri, pimpinellæ, granorũ iuniperi, celidoniæ, seminis feniculi, castanearum, radicis enullæ cãpanæ, seminis anisi, seminis alteæ, camomillæ, cimini, coaguli leporis, glãdiũ querci, seminis rapæ, sulfuris uiui, abrotani, nepitæ, seminis porri & cepæ, pulueris corallorũ alborũ & rubeorũ, balaustiarũ, seminis berberis singulorũ uncias 2. cũ dimidia: tribuli, Kalẽdulæ, scabiosæ, mentastri, iringorũ, assodillorum, pulueris cancrorum assatorum, sponsæ solis siue imtibi, rorismarini, semperuiuæ singulorũ unciã 1. cum dimidia, trociscorum siue pastillorum uiperæ aũr 24. succi lactucæ & papaueris albi, radicis taxi barbati singulorũ uncias 2. Mellis gallici electi quod sufficit, uini Beluensis odoriferi antiqui trium annorum cocti lib. 4. liquefiant quæ ex eis liquescunt, & infundantur quæ infundenda sunt, & terantur sicca, & cribelentur, & conficiantur cum melle Gallico, & reponantur in uase uitreato, & conseruetur theriaca, & non impleatur uas ut respirare poßit pharmacum. Hæc theriaca gallica, morbos omnes qui corpori accidunt sanat, reptiliũ prodest morsuris, letiferisq; potionibus & humorũ placat corruptionẽ. Qui autem biberit uenenum aut letale medicamentum de ea bibat drachmas 2. cum bini uncia. Nonnunq̃ autem quẽ momorderit serpens. Est enim hæc theriaca sublimior medicinarũ compositarũ, & proprie in uenenis serpentũ scorpionis & canis rabiosi, & uenenis interficiẽtibus, & ad ægritudines ex pituita ac atra bile, & efficit has operatiões ꝑpter formæ ꝓprietatẽ eius

Panis porcini id est, ciclamẽ.

Vinum Beluẽse per antonomasiam i Gallia.

Vires theriacæ Gallicæ.

Formæ proprietas.

sequentem complexionem simplicium, & confortat spiritum ac calorem uiuificũ. Consulo tibi de hac Antidoto accipere, quando frigido existente aëre iter agis, est enim uisceribus super omnia benigna. Noui autem eam & ad animæ prudentiam & acuitatem non esse inconferentẽ: sensus enim agere prompte efficit, & syncerum à uaporibus ostendens totum intellectum, & difficile paßibile esse corpus præparat, ut neq; à delicio aliquo corrumpi poßit, uaria enim & tanta mixtionis huius pharmaci uirtus præfatam eius uix paßibilem efficit, & maximè ultra hæc aduersus ferarum mordicationes. infantibus autem omnino cauere oportet ab hoc pharmaco, maior est enim eorum uirtute magnitudo pharmaci, & dissoluitur corpus & innatum spiritum extinguit. Quinetiam si in calida terra conuersaberis, caue uti hoc pharmaco, & sufficiat tibi ea quæ ibi est caliditas. Quocirca neq; à primo ortu Iulij hominibus calidißimis existentibus, & multum habentibus eam quæ intus caliditatem, non uidetur conueniens hoc Pharmacum. Cum enim fuerit æstas consulo omnino non sumere de ipso pharmaco, calida enim existente constitutione ab ipsa theriaca calidior facta leditur corpus. Illis qui iam sunt in senio ac declinatione uitæ, cõsulo plurimum & non raro cum uino odorifero aßumere, ut quod iam marasmatur corporis, & extinguitur innati calidi, reuiuiscere & reaccendi poßit.

Autoris consilium.

Gallicæ theriacæ dotes.

Quibus nõ cõueniat theriaca.

Quo tempore disconueniat.

SIMP

## SIMPLICIVM VIRES QVAE in Theriaca Gallica ingrediuntur.

## CAPVT VII.

HVCVSQVE theriacæ Gallicæ compositionem & naturam ac uires paucis attingere uisum fuit, tantum si adiecero singularum qualitatum earundemq; ex Græcis ac Arabibus autoribus uirtutem & operationem. De Scilla superius diximus, cum de pastillis scillæ mentio facta est.

Vires simpliciũ theriacæ.

Ampliora de Scilla dixim⁹ in officina nostra in capite de Bolhot, & Oximelle, de Squilla.

Napi à rapis longitudine imprimis differunt, quos apud Romanos Amiternum ciuitas in Sabinis laudatissimos mittebat. Est inter napos genus quoddam siluestre satiuum etiã radiculæ perexiguæ, nostri Rapontiũ uernaculæ dictitant bunion, Græci Napum uocant. Dioscorides cap. de Napis & Rapa: semen Napi, & rapæ antidotis & theriacis miscentur, uenenosis potionibus occurrunt, contra serpentis morsum & toxica dantur semen cum uino bibendum. Allium Auicenna cum uino dãdum præcipit aduersus serpentium morsus. Galenus uero theriacam appellat rusticorũ. At Horatius in Epodo illud execratur. Edat alliũ cicutis nocẽtius, O dura messorũ ilia. Serapion uero inquit, alliũ est sicut theriaca ad omne genus ueneni. Et Auẽzoar ait concordati sunt oẽs medici super alleis quòd loco theriacæ maioris offerãtur ad resistendum omnibus uenenis frigidis, & etiam conferunt calidis, & ad idem ualet & siluestre allium.

Napi. Rapontium. Dioscorides. Rapa. Allium. Galenus. Horatius. Serapion. Auenzoar.

Agaricus ut scribit Dioscorides cum aqua potatus omnibus uenenis cõtrarius probatur. Serapio autoritate Abẽmesuai de ꝓprietate agarici est laxare phlegma & est

Agaricus Gallicus. Serapio.

est cõtrariũ uenenis & dosis eius est à drachma 1. ad 2.

Pentaphyllũ Diosco. Pentaphylli radicem à Dioscoride commendatam inter uenena mortifera Auicẽna collocat, tantã habet apud medicos nostri temporis autoritatem, ut medicinã mortiferam faciat salutarem, sicuti pedem coruinum: salutarẽ autem pernitiosam, ueluti radicem pentaphylli & eius succum. De Pentaphyllo scripsimus in libro. 1. castigationum cap. x. in pentaphyllone sibi pugnare Theophrastum, Plinium, proinde & officinas hodie dissentire, ut necesse sit hic labi, tu cui palma debeatur ipse conijcito, ac uide. Dioscorides cap. de Pentaphyllone. quinq; foliũ, succus radicis eius mollis acceptus potionibus uenenatis occurrit. Multi pro pentaphyllone uulgarem accipiunt quæ paßim in uijs etiam stratis nascentem herbam, ego non huius radicem accipiendam puto, sed eius quam Tormentillã uocant, quam licet septifolium maiore ex parte uideamus in Italia, hic hoc est in Gallia sæpius uidemus quinq; folium.

Auicenna.

Dioscorides.

Tormentilla eadem cum Pẽtaphyllone.

Marubium. Marubium quod prasion eximie hæmothoicis utile. Sunt qui asterion, Romani Marubium dicunt. datur serpentum morsuris & his qui letale aliquid hauserint, & ut Dioscorides inquit uenena bibentibus subuenit.

Dioscorides.

Pulegium. Dioscorides. Pulegium agreste ut Dioscorides scribit, aliqui Calamentum esse dicunt: eius species tres sunt. Est prima species folijs ozino similibus. Secunda species uocatur agreste pulegium, quam speciem Latini Nepitam uocãt. Tertia species similis est mentæ agresti uirtus tamen omniũ est morsibus uenenatis occurrere si bibatur, uenenis enim potestatem amputat.

Pulegij species omnes cõtra uenena.

Lariceam

Laricea resina quã terebẽthinã nostri falso appellant.

Lariceam uel Pencedinam resinam loco Terebẽthinæ mercatores galli afferunt, arbor autem laricis nullum fructum affert, sed ex eius radice resinam trahunt, recentiores ac neoterici nostri communiter errant, ponentes resinam laricis pro terebenthina, laricis resina easdem uires habet ut terebenthina sed debiliores, & quia caremus uera terebenthina loco illius lariceã in theriaca posuimus. De terebẽthina & laricea ample scripsimus libro. 1. castigationum nostrarum capite XXV.

In lib. 1. castigationum ample scripsim⁹.

Spica Nardus nouẽ habet species.

Spicæ Nardi sunt nouem species, inter quas est Celtica ualens cõtra uenena, & omnes herbas esse scias præter Indicam. de ipsa celtica ample scripsimus libro. 1. castigationum cap. VIII. & in horto nostro gallico: Genuates illam lauendulam nominant.

Ameos. Dioscorides.

Ameos ut scribit Dioscorides quando bibitur cũ uino torsionibus confert & stransgurijs & morsibus uenenosis & prouocat urinam, & menstrua, & decoctio eius, inquit Abenmesuai, ponitur super puncturã scorpionis & aufert dolorem eius.

Camedreos. Dioscorides.

Camedreos ut scribit Dioscorides quando bibitur cũ uino aut fit emplastrum confert morsibus uenenosorum & si teratur & fiant catapotia & administrentur confert etiam contra uenena.

Quercus terræ dicitur.

Guilielmus Placentinus.

Gentiana ut inquit Guilielmus Placentinus radix eius in dolio seruata & tandem potata præseruat bibentes ab omni ueneno, pariter & comesta, & ut scribit Abix in gentiana est proprietas quæ confert morsui canis rabidi, & quæ est contraria uenenis mortiferis & aufert nocumentum eorum.

Abix medicus Arabs.

Herba

Ypericon, id est, herba perforata. Serapio. Herba perforata siue Ypericon ut scribit Serapio au toritate Dioscoridis, quando bibitur cum uino confert morsu rutellæ.

Daucus. Dioscorides. Daucus, id est bauchia siluestris ut scribit Diosco. semen eius cum uino bibitum contra uenena & morsum serpentum ualet.

Centaurea. Cētaurea dicitur & chironion, quia curatus ea Chiron sit de utraq; scripsimus lib. nostro castigationū. 1. ca. xx. Galenus. Galenus capite de terra lennia maxime laudat Centaurium minus & Marubium aduersus uenena omnia.

Aristolochia. Dioscorides. Aristolochiæ apud Dioscoridem tria sunt genera, rotunda, longa, & clematicis, longa morsibus uenenatis & potionibus uenenatis cū uino data drachma 1. medetur, & imposita id præstat, rotunda uero facit ad uiperarum morsum & ad alia uenena extrinsecus.

Castoreum. Dioscorides. Castoreum ut scribit Dioscorides cum uino bibitum potiones uenenatas non sinit nocere.

Nux iuglans à iuuando & glande uel potius quasi iouis glans, nam id genus arboris nuces habet suauioris Macrobius. saporis quàm glans, auto. Macrob. in Saturnalibus. Aristoteles. Aristoteles de regimine principum ait. Qui uero comederit nuces cum ficubus & paucis folijs rutæ uenenum eadem Isaac i Dietis. die non nocebit ei. Isaac libro secundo Dietarum inquit. Nuces à ieiunis cum ruta manducatæ fiunt contra uenenum, & si ante cibum cum ficubus edantur contra rem Rabimoses. uenenosam corpus defendunt. Et ut scribit Rabimoses libro. 1. cap. 4. Theriaca ex nucibus cōposita est, & insignis, ꝓpterea oportet ut habeatur parata, nullum enim uenenum operatur in eo qui sumit eam ante cibum: &

componi

componi debet ex ficubus, nucibus, sale & ruta.

Nux quæ Auellana ab oppido Campaniæ ubi copiosior, cæteris minor est, hinc à poëta satyro, minuta nux uocata. Auenzoar inquit, dicunt quidam quòd comedere Auellanas & Nuces cum ficubus existit Theriaca paruis uenenis. Et Kyrandus capite de Auellanis. Auellanæ interiori cortice ablato non assæ ieiunis sumptæ fiunt cõtra uenenum. Auellana nux. Auenzoar. Kyrandus.

Ficus siue siccæ seu uirides è reliquis fructibus impendio laudantur in cibis ut scribit Galenus libro de Euchimia, & ex omnibus maximè nutriunt. Genera compluri ma annumerantur, herculaneæ harundineæ, callistrutiæ, lanianæ, abbulæ, chiemariscæ, africanæ, lidiæ, & chelidoniæ. Galenus & Dioscorides præceperunt si res uenenosa timeatur ut accipiant ficus siccas cum nucibus quibus uenenosa ante comesta refrenantur, post comestionẽ non minus subueniunt. Ficus. Galenus. Species caricarum. Dioscorides.

Rutam ut Dioscorides scribit uenenis resistere docent mustellæ, quæ quãdo serpentibus dimicaturæ sunt, cibo eius armantur. Docuit & Rex Ponti Mithridates, qui cum fratris sui uitaret insidias, rutæ folia uiginti cum nucibus totidemq; caricis admixto salis grano quotidie ieiunus accepit. Ruta. Dioscorides. Mithridates rex.

Raphanum Androcides contra ebrietates mandi præcipit, mire uenenis aduersari ueteres credidere, & semen eius cõfert uenenis sicut theriaca. ample de raphano scripsimus lib. I. castigationum. cap. XXIII. Raphanum.

Lupinus in aqua maceratus post coctionem pro cibario est, aliter amaritudine gemina improbatur, unde qdã Lupinus.

Philosophus

philoſophus dicere ſolebat, literas homini præſtare quod aqua lupinis. ualēt lupini ad mundificandam faciem, & ad maculas abſtergendas quæ ex rebus uenenoſis fiūt & occidunt lumbricos.

Apium. Apium folia habet petroſelino ſimilia uerum maiora. Sapor eſt apio acutus & odoratus uelut aneto & feniculo, & ut Dioſcorides inquit cōfert medicinis mortiferis & morſui uenenoſorum. Dioſcorides.

Serpillum. Serpillum quod Græci herpillon à ſerpendo nomen accepiſſe author eſt Marcus Varro rei ruſticæ tertio, ad medicinam efficatius ſilueſtre. Vt Serpilli potentiam intelligas ſubdit Dioſcorides theriacam in templo Aeſculapij ab Antiocho rege Syriæ uerſibus dedicatam, in quo non leuem ſibi meruit portionem quæ fit ex ſerpillo, trifolio, aniſo, feniculo, orobo, & apio, quæ datur cum uino, aduerſus toxica & animalia uenenata. Marcus Varro. Dioſcorides.

Betonica. Betonica domum in qua ſata ſit tutam reddit à piaculis omnibus. Plinius hanc inquit qui ſecum geſſerit herbam, à nullo poterit nocuo medicamine lædi. Plinius.

Dragontea. Dragonteæ radicem (ut ſcribit Oribaſius) bibant cū uino duerſus uenena. Item dragonteam lichimachiam & mentam teres, cum uino bibant. Oribaſius.

Laurus. Laurus Apollinis eſt arbuſcula ꝓpter Daphnē quā amauit in ea deformatam, ſiue quòd ſpectatiſsima naſcitur in Parnaſo. Eſebius uerò ſcribit eā ſoli dicatā, quoniā ignea eſt, unde odio maxime à dæmonibus habetur, ſiue quòd plurimum ſonat ſi uratur, quod prædicēdi artem deſignat. Sola arborum fulmine non tangitur. Et quādo ſumitur in potu ut ſcribit Dioſco. cū uino pūctu- Euſebius.

re ſcorpionis

ræ scorpionis confert, & aufert morpheam.

Artemisia ab Artemide dicta est, siue ab Artemisia regina, cũ prius parthenis uocaretur, quæ omnibus fœminarum malis medetur. Contra serpentum morsus exhibetur. Vnde Macer ait: Artemisia regina. Macer.

Affirmant quidam quisquis gustauerit illam
Quòd nullo ualeat nocuo medicamine ledi.
Si musto contrita recens seruabitur herba,
Vinum prædictis reddit medicabile morbis.

Auerrhous uero inquit artemisiam quoque secum habentibus negant nocere mala medicamenta. Auerrhous.

Iuniperus arbuscula in harenosis frequens nascitur, coma uirens perpetua, durat & eius materia diutißime incorrupta, quippe quæ senectam cariosam non sentit. grana iuniperi sumpta sunt, ut Diosco. cæteriq; medici scribunt, medicina contra uenena, cui non est par, & morsum serpentis curant. Iuniperus.

Tormentillæ radix eadẽ est cũ pentaphilone, quæ ad oĩa ualet uenena, ut ample scripsimus lib. castig. 1. cap. 10. Tormẽtilla est pentaphilon.

Chælidonia herba est, qua oculis pullarũ in nido uisum restituunt hyrundines. Arist. histo. animaliũ 8. scribit Conturnices abire ducibus glottide otto et ortigometra atq; etiam Cinchrimo, à quo & noctu inquit reuocantur. Vt ab intoxicatione quis præseruetur, ut scribit Guilielmus Placentinus chælidoniam secum habeat, & aliquando comedat, & succũ hauriat: tunc inquit citius uenenum de manu caderet, q̃ de ipso accipere posset. Aristoteles. Conturnices. Placentinus medicus.

Fœniculum Græco nomine marathrũ, oculorũ claritati mire confert. Angues per hyemem membrana corpori Fœnicul⁹ græce marathrũ.

pori obducta fœniculi cibo impedimentū illud exuunt se
Isaac. nectutē & uernationē uocitamus. Isaac Israelita inquit: Radix fœniculi cum succo & semine potata ualet contra icteritiam & contra uenena.

Anisum. Anisum in cōdimentis peculiarem gratiā habet à Pythagora inter pauca laudatum, siue crudū siue decoctū, apud Diosco. anisum uenenis occurrit.

Castanea. Castaneæ cum ficubus si comedātur ut scribunt Galenus & Diosc. cū pauca ruta præseruāt ab omni ueneno hominem, siue ante cibum siue post accipiantur.

Enulla campana. Enulla ut scribit Serapio authoritate Diosco. quādo bibitur ex radicibus suis confert morsibus uenenosis propter eius caliditatem.

Althea. Altheā siluestrem maluā dixere antiqui, cuius folium grādiusculū est, et albæ radices, & ab excellētia effectus aristaltheā apostemata fere oīa resoluentē. Maluæ genera duo Pli. posuit, quæ foliorū amplitudine discernātur, in satiuis maiorē Græci melopem, alterā ab emoliendo aluo malachrē dixere siluestrē altheā. Elixatura altheæ
Dioscorides. ut inquit Diosc. & maxime seminis eius cōtra oīa uenena cum aceto aquæ mixto bibita opitulatur.

Camomilla. Dioscorides. Camomillæ herbæ tria sunt genera, ut Diosc. scribit, in flore distantia, ea uerò quæ est albi coloris ad uenenū cū camedapne, id est infima lauro & camedreos & camepiteos æquis ponderibus, & ieiuno bibita cū uino facit mirifice.
Ciminum. Persius. Ciminū calidū est & aridū in tertio ordine, potū pallorē adducit, ideo Persius pallentis grana cimini, & Horatius, biberent exangue ciminum inquit.
Horatius. cum uino potum aduersum uenena remediū est, aduersumq́;

ſumq́; uirulentos morſus, & maxime agreſte, ut ſcribūt Dioſc. & Galenus. Coagulus omnis ut ſcribit Dioſco. plus tamen omnibus leporis pondere granorū. 36. ordei cum uino acceptus, morſibus uenenatis occurrit. Dioſcorides. Galenus. Dioſcorides. Coagulus leporis.

Glandes quos Sardi caſtaneas aut lepomata aut Iouis balanum uocāt ſtiptici, & caro ipſorum ut ait Dioſc. uenenis occurrit. Quercus etiam ſtiptica, ſemen eius ſumptum uenenis occurrit. Glans. Dioſcorides.

Sulphur uero ipſum cuius genera quatuor poſuit Pli. naſcitur in inſulis Aeolijs, inter Siciliam & Italiam. Sed nobiliſſimum in Melo inſula, ut idem ſcribit. In Italia quoq; inuenitur Neapolitano Cāpanoq́; agro & in collibus præſertim quod è cuniculis effoſum igni perficitur. In Gallia etiam inuenitur, unde in ea plura ſulphurea balnea inueniuntur. Sulphur uiuum teſte Dioſco. uenenis cum uino bibitum reſiſtit. Sulphur. Dioſcorides.

Abrotanū ut ſcribit Dioſco. quando ſumitur in potu cū uino ualet potionibus mortiferis, et ſuffumigiū eis fugat oīa uenenoſa ex domibus, & ut ſcribit Macer ſerpētes nidore fugat, bibitumq́; uenena illorum extinguit. Abrotanum. Dioſcorides.

Nepita ut etiam Macer ſcribit, ſerpentum morſus ſuperaddita trita nocere non ſinit, & pellit cum uino ſumpta uenena. Nepita.

Cepæ plura ſunt genera, nobilior eſt Aſcalonia ab oppido Iudeæ. Cepa oculos mordet, unde lachrimoſa dicitur à Columella. Si poſt comeſtionē ceparū uinū forte bibitū fuerit, cōtra morſus ſerpētū ualet, ut ſcribit Dioſc. Cepæ. Columella. Dioſcorides.

Porri duo ſunt genera, ſectiuū et capitatū, ſectili Nero imperator authoritatē dedit, cum eis uteretur æſtiuis Porri.

mensibus uocis gratia. porri, allia, & cepæ, si post come stionē eorū uinū forte bibitū fuerit, cōtra morsus serpentum ualent, & prosunt eis qui ueneno sunt infecti, & frigidas paßiones habentibus sunt ut theriaca, ut scribit Isaac Israëlita.

Corallus. Razes. Corallus ut scribit Razes 2. cōtinētis cap. 2. authoritate Chuzi est planta fontis, et oritur iuxta napellū, & ualet cōtra morsum uiperæ & oēs mortiferas potiones quantum theriaca, & destruit operationem napelli.

Malua hortulana. Razes. Maluæ hortulanæ decoctio, ut idem scribit Razes ualet contra mortifera uenena.

Berberis semē bibitū, ut scribit Razes lib. cōtinētis 23. ualet ad uiperarū morsum, et cōfert uenenis mortiferis.

Balaustium. Balaustium flos granatorū medicinæ idoneus, & tingendis uestibus, quarū color inde nomē accepit, è granis autē preßis uinum educitur quod Græci rhoiton nominarunt. Razes. Razes 22. capite de granato. Granatum incidit acceptum uenenum, & abstergit stomachum.

Tribuli. Rabymoses. Tribuli ualēt cōtra uenena, unde scribit Rabymoses: quicūq; sumpserit uenenū ignotū sumat drachmas 2. tribuli cū uino & semine rutæ domesticæ uel agrestis.

Mentastrum. Plinius. Mentastrū siluestre, ut scribit Plinius, ualet aduersus oīa uenena, & seruātur oīa folia arida ad farinæ modū.

Iringus, ut scribit idem Plinius, ualet contra serpētes & uenenata oīa nascens, aduersus ictus morsusq;, radix eius bibitur drachmæ pondere cum uino.

Affodilli. Hesiodus. Dionysius. Affodillos Dionysius marem ac fœminā esse asserit, & Hesiodus in siluis nasci dixit, bulbos eius cū ptisana decoctos aptißime dari, paneq; ex his cū farina subactū

salu

saluberrimum esse contra uenena marina.

Cācri ut Pli. scribit & Gal. ī lib. simpliciū cōfirmat, triti potiꝗ; recētes ex aqua, seu cinere asseruato, contra uenena oīa, & maxime cōtra morsum canis rabidi maxime prosunt. Intuba siue sponsa solis à ieiuno manducata, semper epaticis profuit, ut asserit Priscianus, eadem dicitur cicorea, ualet ut scribit Platearius, cōtra uenenum si sit ex morsu, trita uulneri imponatur. Cancri fluuiales. Plinius. Galenus. Cicorea siue intuba. Platearius.

Absyntium herba notissima, ualet ut scribit Serapio authoritate Diosco. cū uino ueneno & conio & morsui animalis quod dicitur draco marinus, unde Macer: Absynthium. Serapio.

Obstat pestiferæ cum uino sumpta cicutæ. Macer.

Salis modia Ancus rex millia sex in congiario dedit populis, & salinas in quibus sal primus instituit. Varro etiā uice pulmētarij sale usos ueteres scriptū reliquit, à quo inter cætera salitū deducimus, et salsamētū ad usum ciborū. Cum sale, organo & ysopo Diosco. addito melle fit medicamentū ad morsum uiperæ, & cū ficubus, ruta, & nucibus contra pestilentiam & omne uenenum. Sal. Ancus rex. Varro. Dioscorides.

Ciclamen, id est panis porcinus, ut scribit Auerrhous radix eius ualet cōtra serpētes oēs, in oībus serēda domibus. De ciclamine multa scripsimus in Horto Gallico. Ciclamen. Auerrhous.

Irim quidam inter genera liliorū posuere, radice tantum cōmendatur nobilissimi odoris, ut salunca floret diuersi coloris specie sicut arcus cœlestis, unde nomen accepit. cum aceto, ut inquit Dioscor. contra uenenatorum morsus utiliter bibitur. De iride scripsimus in Horto Gallico, ac in officina nostra. Iris.

Os de corde cerui siue cartilago mēbra uitalia con=

Serapio. fortat omnia, & ut scribit Serapio cap. 468. fumigium cum cornu cerui crudo fugat animalia uenenosa, & limatura eius cum uino occidit lumbricos, de illo scripsimus lib. primo castigationum nostrarum cap. 35.

Citra. Dioscorides. Auenzoar. Citronũ semẽ, ut scribit Diosc. aduersum uenena oĩa prodest, morsusq; uirulentos, præcipue scorpionũ, pestẽ arcet, menstrua agit. Et ut inquit Auenzoar, comedere cortices citri cõfortat cor & oĩa mẽbra principalia, & semina eorum habent uenenorũ acuitatem remouere.

Pimpinella. Constantinus. Pimpinella, ut scribit Cõstantinus quarto panthegni siue practicæ, ita dico, si pimpinella cum uino bibatur et cum puluere gentianæ, allei, cinamomi, & centaureæ ab omni ueneno cor hominis defendit.

De libanotide lege hortum Gallicum. Rosmarinus siue libanotis herba odorẽ thuris habẽs, hæc trita & cum aqua sparsa per ædes pulices, nigellos necare dicitur: at succus eius pestilentiam, ac etiam regiũ morbũ pellit & uisum exacuit, ac cõtra uenena & aërẽ infectum multum prodest.

Semperuiua. Sẽperuiua eo nomine dicitur, quia nõ perdit folia, sed uiret semper. Et species sunt duæ, maior & minor, & quando sumitur in potu curat morbũ rutellæ, & cõfert

Macer. fluxui uentris, & ut inquit Macer: Taliter & cunctis obstat potata uenenis.

Lactuca. Lactucæ à lacte autoribus Pli. et Var. noĩatæ, naturã habẽt refrigeratricẽ, & ideo per æstatẽ gratæ stomacho fastidiũ auferunt, cibi appetentiã faciũt, & somnũ consi-

Galenus. liant, ut Galeno placuit, succus lactucæ potus, ut Plinius scribit ad duos obolos, serpentium ictus medetur.

Serapio de papauere. Papauer albũ ut scribit Serap. autoritate Abẽmesuai

succus

ſuccus eius quādo ex decoctione lauatur caput, facit dormire tēperate. De illo non de Opio poſuimus in theriaca Gallica, ut tēperet caliditatē aliarū medicinarū. Et ſic fecit Galenus in ſua theriaca. Nam opium quod ex lacte fit papaueris nigri thebaici ſumi per os non debet propter rationes quas poſuimus in fine noſtræ officinæ. Opium per os ſumi nō debet

Mel primus oſtendit Ariſtæus Athenienſis ut Pli. author eſt, alij inuētionē Theſſalis, alij Melliſo Cræſorū antiquiſſimo regi aſſignant, nonnulli Baccho dederunt. Ouidius: à Baccho mella reperta ferūt. Itē: Liber & inuenti præmia mellis habet. Mel calidū & aridū in ſecunda manſione partiū tenuiū, abſtergens, uentrē ſuſcitat, urinā mouet, & uentrem nō ſubducit, niſi multa miſceatur aqua. Mellis natura & origo.

Tapſus barbatus ſiue flommos græce ut ſcribit Dioſco. uulneribus recentibus ſingulare præſidiū eſt, punctum ſcorpionis mitigat, ac ut expertus ſum omni ueneno reſiſtit. Tapſus barbatus. Dioſcorides.

Kalendulæ ſucci ſi quis initio peſtilētiæ febris uncias duas aut tres ad ſummū biberit, deinde ueſtimētis operiatur, liberū reddit ab ea labe, ut Alexā. Benedictus ſcribit. Kalendula in peſte valet per experientiam.

Scabioſæ ſuccum multi ad hos uſus efficaciſſimū prædicant, quo ueneni uis 12. horarū ſpacio propellatur. Scabioſæ virtus.

Vinum à ui nomen mutuatur, ut placet Varroni. Primus Ariſtheus mel uino miſcuit ſuauitate præcipua, ut ſcribit Pli. & mulſi nutritu multos inquit longam ſenectam toleraſſe cōſtat. Pollionis Romuli exemplo, qui centeſimum annum excedens cum à diuo Auguſto hoſpite interrogaretur quanam ratione uigorem illum cuſtodiſſet, intus mulſo, foris oleo reſpondit. Vinum. Ariſtheus. Auguſtus.

THERIACAE GALLICAE PROPRIETAS.

Theriacę gallicę virtus.

HAEC THERIACA nostra Gallica stomachum excitat, uẽtositatem mitigat, digestionem accõmodat, phlegma & bilem educit, uitia quoq; pectoris, hepatis, splenis, & rhenũ curat & mitigat, caliginẽ oculorũ & uertiginẽ capitis & rheumatismũ fauciũ sedat, dolorẽ de thorace sedat, pulmones facilitat, cordis dolorẽ tollit, spleneticos curat, tußim soluit, omnẽ dolorem colicũ cõpescit. Valet & ad omnia uenena serpentũ, & aduersus omnia toxica, nocumẽtũ medicinarũ nocentiũ prohibet, præseruat hominem à uenenis mortiferis.

THERIACAE, AVICENNAE, RASIS, Serapionis aliorumq; medicorum Arabum, ac Mahumetẽsium nocumẽta.

Verę Galeni theriacę nõ habet cognitio.

NOS IN præsentiarũ demõstremus ꝙ nostra ætate ueræ theriaces Andromachi uel Galeni nõ habeatur certa cognitio, quando multa existant simplicia medicamẽta, ad eiusdẽ cõpositionẽ necessaria, quæ nostro hoc æuo neq; à Græcis, neq; à Latinis, nedũ à Barbaris, cognoscãtur, quemadmodũ superius cap. v. diximus, & libro nostro castigationũ cap. I. Iam si ut scribit Gale. in libro de Theriacæ cõpositione ad Pãphilianũ, Vnius medicaminis adulterati uitiũ potest totã theriaces structuram corrũpere, qui nos sperare poßumus eãdẽ mixturã optime cõfici, ubi maxima ac præcipua simpliciũ medicaminum quæ in ipsa iungũtur, pars ignoretur? At eius ignorãtiæ nulla alia caußa, nisi ꝙ à Græcis ad Arabum Barbarorũq; lupanaria defecimus. Cũ itaq; hi qui Arabum

Galenus.

Arabũ caligo.

bum placita sectātur, in magna caligine rerū uersentur, facileq; infinitis errorū nexibus implicētur, cogitēt studiosi ut à fontibus potius Græcis, ac etiam Latinis, quàm Arabū lacunis theriacā naturæ humanæ amicā hauriāt. Auicēna, Razes, Serapio, Antidotū quod Tyriacā à Tyro serpēte, quē huic Antidoto addere oportet, nomē traxisse asserunt, cū potius teste Galeno in suo de Theriaca ad Pamphilianū libro à trāquillitate quam ægris afferre solet, sic nominata sit, eiusq; Antidoti diuersas afferunt Arabes cōpositiones, & ad cōmendanda pigmenta quæ aliquando preciosa fuere propter raritatem, nunc uero adulterata, sophisticata, corruptaq; sunt, ingentes pecunias hauriunt. Et ut uerbis Plinianis utar, appendunt nāq; singulas lib. uicenis sextertijs, & infeliciū crudelitatē ut illis persuadeāt emere quæ noceāt. Nāq; alia stomachū lædunt, ut illorū terra quam sigillatam nomināt, alia caput ac spiritus aggrauant & stupefaciunt, ut Opium. Alia pallorē afferunt, & corporis maciē prout sunt adulterata illa ligna ac semina carpobalsamum, pilobalsamum, Amomum, & similia. Et ita frequēter accidit, ut hi qui illorum Antidotis ac theriaca usi sunt, miserius morerētur quàm si bibissent uenenum. Quid quæso commercij opij theriaci mortiferi? uile est mihi colcotar siue uitriolum minerale, uile est illorum adulteratū bdellium, uilis illa Mirrha fœtida nō odorata, uile asphaltum non Iudaicum sed adulteratum. Quid ad hoc respōdebunt? edat si uelit Auicenna hyoscyamū & euphorbiū, bibat Serapio si placet Opium quod & Mesues cōsulet, sed hæc Cāpegius non sumet, nō apud se habebit

Auicenna. Razes. Serapio. Galenus.

Plinij verba in suo methodo.

Antiquę theriacę nocumenta.

Opiū vile ac pernitiosum.

Mirrha & bdelliū a pharmacopolis vix discernuntur.

Hyoscyamus opium ac euphorbiū pharmaca perniciosa.

hyoſcyamũ nec opium. Remitemus igitur ſimiles lernas ſylueſtres illas rus unde uenere. Nos uero albũ papauer aut lactucã loco opij ac hyoſcyami in Gallica noſtra theriaca habebimus. Quapropter hallucinãtur medici iuniores ac pharmacopolæ theriacã Andromachi ac Galeni nobile quondã Antidotũ apud Græcos, nõ à trãquillitate nec à feris ſed à Tyro nuncupantes, cuius etiã cum certa non habeatur ſciẽtia, nihil mirum ſi eos non præſtet effectus, quos de ea ueteres Græci ac Latini pollicẽtur. Frigidum ergo plane eſt barbarorũ hoc eſt Auicennæ, Razis, ac Serapionis cõmentum, qui multa ac plurima in theriacæ deſcriptione commiſerunt, ſicut ut quòd princeps Arabum Auicenna bis repetit, Centaurion ac Pentaphilon prætermittit. Ignorauit igitur uere theriacæ Andromachi ac Galeni Auicenna deſcriptionem.

Andromachi ac Galeni theriacę adulteratæ.

Frigidum commentũ barbarorum.

## DE ANTIDOTO Mythridatico cõtra uenena.

ANTIDOTVM Mythridaticũ laudãt Barbari ac Arabes medici eiusq; diuerſas afferũt cõpoſitiones ad commendanda Arabum pigmẽta. Nãq; aliqua caput lædũt, alia ſtomachũ grauãt, alia pallorẽ afferũt, & corporis maciẽ, & ita frequẽter accidit ut hi qui illorum antidotis uſi ſunt miſerius morerentur quàm ſi bibiſſent uenenũ. Ea ſunt mirrha adulterata, inodorata, uitriolum ſeu calcantũ, feſtucæ ſquinãti non ſquinantum xilobalſamũ, Galbanũ, folliũ Indum, caßia lignea inodorata, Hermodactilli, Balſamum adulteratũ, Carpobalſamum, bdellium adulteratũ & inodoratum, Opium thebaicum, Acatia, Therebẽtina, Calamus aromaticus, Bitumen Iudaicũ adulteratũ. Aliqua ex iſtis noſtro æuo neq; à Græcis,

Simplicia adulterata quæ in antidoto reponũtur mythridatico.

Quę pharmacopolis incognita ſunt.

à Græcis, neq; à Latinis, nedũ à Barbaris cognoſcuntur, ut caßia lignea, follium indum, acacia, balſamũ, carpobalſamum, xilobalſamum, bdellium, mirrha odorata, therebentina ex grano uiridi & alia multa. Alia uero periculoſa ſunt ut opium, galbanum, uitriolũ, nitrum, id eſt ſal petræ machinis bellicis ad expugnanda monſtra utile. Hermodactilli qui aliquando & ut plurimum ignorãtur à pharmacopolis, & loco illorũ ephemeros & colchicos uenenoſos loco illorum ponunt. Alia uero inutilia, nullius ualoris ſunt ut feſtucæ ſquinanti. Antidotum igitur mythridaticum ab Arabibus ac pœnis inuentum non à Mythridate rege compoſitũ, tãquam uenenũ Perſis ac Pœnis relinquimus. Plura ea de re offẽdes in noſtra officina, ac in libro noſtrarum caſtigationum.

Rusticorũ ſpotius quã nobiliũ ſimplicia.

## ANTIDOTVM A MYTHRIDATE rege Ponti inuentum ac probatum.

POMPEIVS autem magnus Mythridate deuicto in ſcrinio eius inuenit ipſius manu ſcriptã cõpoſitionem qua ipſe præſumpta aduerſus omnia beneficia in totum diem tutũ ſe incolumẽq; præſtabat: in qua nuces iuglandes duæ, ficus ſiccæ 2. rutæ folia 20. ſalis granũ 1. in uinum contunduntur & deuorantur à ieiuno.

## MYTHRIDATVM GALLICVM aduerſus omnia uenena.

ACCIPE rutæ uncias 4. nucum iuglandiũ, auellanarum ſingulorum uncias 2. ficuum ſiccarum uncias 3. centaurij minoris uncias 4. Ariſtolochæ rotundæ unciam unam, ſalis marini unciam dimidiam. Croci Gallici drachmas 2. Agarici gallici drachmas 6. ſeminis paſtinachæ

Iſtud mythridatũ Gallicũ ad plures valet ęgritudies, in eo ingrediũtur quę a Galis inueniunt

pastinachæ syluestris, gẽtianæ, florũ rorismarini, id est libanotidis, seminis feniculi, anisi, passulorum, baccarum lauri, Ciperi, singulorũ uncias 2. cum dimidia: scabiosæ, chælidoniæ singulorũ unciam unam cum dimidia, gummi laricis uncias 3. Cancrorũ fluuialium adustorũ uncias 2. limaturæ cornu cerui unciã 1. terẽda terãtur, infũdãtur in uino beluensi antiquo odorifero quæ infundẽda sunt, mellis gallici dispumati quod sufficit, misceãtur & seruẽtur, & sit dosis sicut auellana cũ uino odorifero.

VIRTVS GALLICI MYTHRIDATICI.

MYTHRIDATICVM Gallicũ cõfert eis quorum infrigidãtur corpora, & illis quæ cõstructionẽ habẽt pectoris ac obstructionẽ iecoris sanat, ualet ad tußim antiqnã, & ad saniẽ in pectore & putrefactionem humorũ, ad diariam, & incitat appetitũ, facit colorem uiuidum, calculũ renũ minuit, facilitat urinã, acuit uisum, prohibet omnia uenena pernitiosa ne noceãt homini, & præseruat hominẽ ab omni ueneno mortifero.

THERIACA MIRABILIS PROBATA morsibus serpentum & reptilium.

Valet hęc theriaca ad varias ęgritudines.

ACCIPE aristolochæ lõgæ, gẽtianæ, raphani, piretri purgati, baccarũ lauri singulorũ unciã 1. aristoloche rotũdæ, Artanitæ, id est panis porcini, yreos singulorũ unciã, unaquæq; species per se teratur addẽdo mellis quãtũ sufficit, dosis drachma 1. uel drachma 1. cũ dimidia cũ aqua calida. Antidotũ Mythridaticũ faciens ad omnem uenenatam potionem, & ad morsum ferarũ & canis rabidi, ac serpentum, totum corpus à malis humoribus mundat. Valet in præseruatione sanitatis, ita ut

aliqui

aliqui affirmauerũt quòd si quis omni mane comederit, nõ infirmabitur usq; ad diẽ mortis naturalis, nec paßionis periculũ incurret, præseruat enim ac cõseruat sanitatem. Accipe seminis feniculi, cymini, thini, saluiæ, pulegij, origani, ciperi, abrotani, raphani, seminis petroselini, camedreos, dauci, eupatorij, trifolij, serpilli sicci, gẽtianæ, aristolochæ longæ, lauri, betonicæ, consolidæ maioris singulorum uncias 2, seminis rutæ, seminis erucæ, acori, dragonteæ singulorum unciã 1. hæc omnia puluerizentur addẽdo mellis gallici dispumati quod sufficit. Dabis febriẽtibus post digestionem humorum cum aqua lactucæ ad quãtitatem auellanæ, simis sine febre cum uino in modum auellanæ, detur uenenatis & morsu rabidis ipsam mensuram à ieiuno. Aliqui addũt piper nigrũ, spicam & caßiam ligneam & piper album, sed hæc quæres extra Galliã, nec necessaria sunt Gallis.

In preseruando sanitatem prodest plurimum.

THERIACA IOANNIS DAMASCENI
morsibus reptilium, serpentum, scorpionum
& mortiferis potionibus subuenit.

ACCIPE bacccharum lauri, gentianæ, aristolochæ lõgæ singulorum partem unam, costi amari, aristolochæ rotundæ, rutæ, singulorm partẽ dimidiã, mellis quod sufficit addendo croci, spicæ singulorũ partem quartam, dosis drachma 1. cum calida.

THERIACA DIATESSERON
ex inuentione nostra.

ACCIPE bacccharum lauri, rutæ, aristolochæ rotundæ, gentianæ singulorum partem unam, confice cũ melle dispumato, dosis eius ab aũr. semis ad aũr. 1.

Theriaca de quatuor reb9.

confert morsui scorpionis & potui ueneni. Ab hac remota est mirrha, quia apud nos non reperitur bona. Nam teste Diosco. debet esse cum acrimonia, amara & odorata, ponderosa. & Oribasius dicit: mirrha amara est & bene olens & subacrum habet saporem, quæ omnia in nostra communi myrrha non reperiuntur.

Theriaca inuẽtionis nostræ septem herbarũ iouialiũ ualẽs ad omnia uenena, nõ à cõplexione elemẽtari, quia calida uel frigida, sicca uel humida, sed quia abdita.

Herbæ istę sunt de melioribus contra venena.

Accipe hypericonis id est herbæ perforatæ, uince toxici, enullæ cãpanæ, raphani, diptami, aristolochæ lõgæ & rotundæ, lactucellæ singulorũ uncias 3. omnia simul cõquassentur & decoquantur in lib. tribus aquæ usq; ad consumptionẽ mediæ partis, & postea passentur omnia per pannum cũ melle quod sufficit, iterum decoquendo fiat in modum theriacæ, & de ea capiat drachmas 2. aut tres. Vnaquæq; istarũ herbarũ dicitur æquipollere theriacæ Andromachi, ita ut uulneribus uenenosis succus alicuius prædictarũ datus in potu uulnera ueneno infecta purget & sanet, & sic antiqui purgabãt uulnera omnia antequam noticiam haberent theriacæ. Si autem nõ inuenias diptamũ quia propria est herba Cretæ insulæ, & apud nos non reperitur laudabilis, alias loco illius ponas in theriaca, ut sunt ruta & scabiosa.

SIMPLICIA QVAE INVENIVNTVR in Gallia, & ualent aduersus uenena.

RVTA, NVX iuglans, auellana, ficus, anchusa utraq;, scilicet maior & minor, raphanus, smilax aspera, scordeum, id est alleum syluestre, alleum domesticum,

mesticum, serpillũ, trifollium, betonica, artemisia, absynthium, semperuiua, saphirus aniciensis, endiuia syluestris, bacchæ lauri, sal, castoreum, assarũ, ualeriana, dancus, apium, aristologia longa & rotunda, gentiana, ciclamen, yreos, pupillæ oculorum ceruorum, citrus & semen præcipue, pimpinella, castanea, iuniperi semen, semẽ feniculi, celidonia, agaricus albus & leuis, althea, camomilla, ciminum, pulegiũ, coagulũ leporis, quercus & fructus eius, cinis cancrorum fluuialium, iringus, lac, malua, pix liquida, pentaphylon, praßium, rapa & semen eius, sulphur uiuum, peristercon id est columbina herba, tapsus barbatus, sanguis anatis, caro gallinæ nouiter occisæ si fiat malagma, cerebrum gallinæ bibitum, brioniæ radicis succus uncia 1. semis, dragontea, cicorea, nigella, cepa, porrum, scabiosa, Kalendula, herba perforata, rosmarinus, oleum de auellanis, oleum de lateribus, mentastrum, semen coriandri, balaustia, anisum, tribulus marinus, acetum, laurus, abrotanum, iringus, affodilli, acon siue dracunculus, napi, bolus non armenus, sed allobrogus, enulla cãpana, agrimonia, siue ut Leonicenus inquit eupatorium, scilla, gummi omnes & præsertim laricis, quæ pro terebenthina ponitur cum careamus terebenthina.

FINIS.

# CLARISSIMO NOBILISSIMOQ; ATQ; UNDECUNQ;

bilißimoq; atq; undecunq; doctißimo, utriusq; Iuris doctori. D. Carolo à Stagno, sanctæ Romanæ ecclesiæ protonotario, Ludguñ. ecclesiæ Camerario, Ruthẽñ. Sacristæ, Symphorianus Campegius Lugdunensis, Lotharingiæ principis archiatros.

S. D. P.



PARVVM QVIDEM tuo nomini libellum dedico uir clarißime, sed (ut spero) nec inanẽ rerũ, nec inopem. Multa & remota lectio, multa illum formauit opera titulum Periarchon, id est de principijs utriusq; Philosophiæ. Qua figura & Alcinous de principijs Platonicarum disciplinarum librum edidit. Tu uero electus potißimum, in cuius appareat nomine, non quòd rem tantillã tantæ uirtuti fortunæq; cõuenire arbitrer, aut hoc esse deniq; putem, quod tuis erga me meritis debeatur. Verum cum prodire nollet, hic in publicum liber sine patrocinio, tuum præcipue sibi nomen inscripsit. Ex quo tutior foret atq; honestior. Quid quòd D. Antonij à Stagno Angolismẽsis episcopi patrui tui uita & gesta rebus à te magnifice gestis magna ex parte conuenire uidentur. Nam cum doctum in primis hominem fuiße cõperio, quod de te quoq; consona omniũ uoce percepi ac expertus sum. Nec in rebus publicis & consilijs, quæ immortalem illi gloriã peperere, illi cedis,

tot & tanta breui temporis curriculo præclare geßisti. Taceo cæteras diuinas uirtutes tuas, quas epistolaris non capit angustia. Stulti enim esset uastum pelagus angusto uasculo uelle concludere. Nec eas attingere opus esse uidèo. Animi enim magnitudinem res à te præclarißime gestæ testantur. De liberalitate autem tua tot & tanta à multis audiui, ac ego ipse expertus sum, ut obstupuerint plurimi: tibiq́; non immerito Caroli nomẽ inditum fuisse iudicauerim, quem cæteris mortalibus animi magnitudine, & liberalitate præstitisse cognoscimus. hoc quoq; D. Francisci à Stagno Antistitis ecclesiæ Ruthen̄. patrui tui habere uideris, qui quomodo maximos haberet redditus, potuissetq́; facile amplißimas coaceruare diuitias, præter immortale nomen nihil habere concupiuit, ea propter apud deum meruit, ut post eius mortem clareret miraculis. Et quomodo fuerim ab his humanißimis patruis tuis Antonio ac Francisco summo amore, & beneuolentia prosecutus, ingrati hominis mihi uidebār officium, non aliquod meum opus extare, quod meæ in hanc Stagnorum familiam gratitudinis, & summæ in excellentiam tuam obseruātiæ testimonium perhiberet.

Accipe igitur Carole clarißime hoc exiguum
Campegij tui munusculum.
Vale & nos Sym
phoniace
ama.

DE DEO.

CAPVT I.



EGYPTII quem nos deum, theut nominant, Persæ syre, magi orsi, unde oromasis, Hæbrei illud quatuor uocalium ineffabile nomen utcunq; possunt exprimũt per Adonai, Græci theos, Arabes alla, machomet abodi, nos uero christiani accepimus ab angelo Iesum. Sed cur uoluit deus quatuor ubiq; literis inuocari, forsitan quia & ipse per quatuor gradus cũcta disponit, scilicet essentia, esse, uirtute, actione componens. Diuos poëtæ deos appellant, quamuis sit unus deus, quando tamen numero multitudinis nuncupamus, diuersam nõ numerositatem significamus. Ita interpretatus est Nicolaus Lyra. Quoniam & psalmographus in hoc significatu deos pro uaria dei potentia usurpat, quod nec poëtas fugit etiam Ouidio teste, qui sic cecinit in Fastis: Scilicet alterno uoluit rudis illa uetustas, Nomine diuersas significare uices. unde poëtæ uetustissimi carmen id extat à Seruio citatum. Cœlicolæ mea membra dei, quos nostra potestas Officijs diuisa facit. Augustinus tamen in libris de ciuitate dei hoc ascribit inscitiæ colentium, qui putarent multos esse deos. An plures dij.

DE AEVO.

CAPVT II.

AEVVM pro tempore omnium domitore & cõsumente Plato sumit hoc nitidissimo disticho. Aeuũ cũcta rapit, furtiuaq; tẽpora mutãt: naturã, fortẽ, Quid æuum.

nominaq; & faciem. Ab æuo fit æuiternus pro æterno & perpertuo, sed ab æuo & æthere cõpositũ est. Rerũ enim durationes & permanentiæ sunt quatuor: æternitas, æuũ, tẽpus, & momẽtũ. Aeternitas est infinita utraq; parte duratio, exors principij & finis. Aeuũ duratio est principio finẽ copulans nullũ. Tẽpus est parte utraq; finita duratio. Momentũ est impers durationũ terminus. Aeternitas est ut nullũ extremũ. Aeuũ ut unũ. Tẽpus ut duo. Momẽtum ut nullũ fluxionis & successionis interuallũ. Aeuum est ut æternitatis medictas. Tẽpus ut pars æui. instãs tẽporis extremũ. Aeternitas soli deo cõpetit, & in ea solus collocatur deus.

## DE ORATIONE. CAPVT III.

An oratione flectatur deus.

EVENTILEMVS sodes nũquid deprecationibus flectatur deus, & ab ira resiliat. Et uidetur pijs resilire, nec enim mobilem eũ esse potes inde colligere. Nõ enim ad hoc oratio ad deũ funditur, ut æterna prouidentiæ dispositio immutetur, hoc enim ĩpossibile est, scilicet ut aliquis aliud qđ desiderat assequatur à deo, pijs enĩ desiderijs rationalis creaturæ cõueniẽs est q̃ deus assentiat, nõ tanq̃ desideria nostra moueãt immobilẽ deum, sed ex sua bonitate procedit ut conuenienter desiderata perficiat. Cũ enim oĩa naturaliter bonũ desiderent, ad supereminentiã autẽ diuinæ bonitatis pertinet q̃ esse & bene esse oĩbus ordine quodã distribuat, cõsequẽs est, ut secũdũ suã bonitatẽ desideria pia, quæ per orationẽ explicãtur adimpleat. Quidã dixerũt nullũ esse oratiõis fructũ tam illi qui negabãt diuinã prouidentiã omnino (sicut Epicuri) q̃ illi qui res humanas diuinæ ꝓuidẽtiæ subtrahebãt,

sicut

ſicut aliqui peripateticorũ, necnõ & illi qui oĩa quæ pro uidẽtiæ ſubſunt ex neceſsitate cõtingere arbitrabãtur ſicut Stoici. Quidã uero ecõtrario diuinã diſpoſitionẽ uertilẽ orationibus eſſe dicebant, ſicut Aegyptij dicebãt ꝙ fatũ orationibus & quibuſdã imaginibus ſiue ſuffumigationibus, ſiue incãtationibus uertebatur. Idẽ accidit ĩ erogationibus, & id genus reliquis pijs operibus. Hæc à diuo Thoma oĩa tractãtur lib. 3. cõtra gẽtiles. ualẽt igitur orationes nõ quaſi ordinẽ æternæ diſpoſitionis immutãtes, ſed quaſi ſub tali ordine etiã ipſæ exiſtẽtes. Nihil aũt prohibet per orationũ efficatiã aliquẽ particularẽ ordinem alicuius inferioris cauſæ immutari deo faciente, qui oẽs ſupergreditur cauſas, unde Gregorius dicit ꝙ nõ mutat deus cõſilium quamuis quãdoq; mutet ſentẽtiam.

## DE INSTANTI.

## CAPVT V.

SCRIBIT Marcianus in muſica tripoda trini curſus præſagia, hoc eſt extantis, inſtantis, & rapti: ex quibus uerbis patet inſtans tẽpus futurũ dici, & extans præſens, raptũ præteritũ. quare barbare balbutiũt recẽtiores philoſophi, qui inſtãs pro præſenti dicũt, cũ extãs dici debeat. Aliqui tamẽ dicũt ꝙ à nõ ſtãdo inſtãs dicitur. Dicũt enim in tria diuidi tẽpora, præteritũ, præſens, futurũ. Ex quibus initio caret præteritũ, exitu futurũ, præſens qd' mediũ ẽ, adeo exiguũ et incõprehẽſibile ut nullã accipiat lõgitudinẽ, neq; aliud eſſe uideatur, ꝗ tranſacti futuriq; coniunctio. Adeo porro inſtabile, ut ibidem ſit nunquã. Qua cauſa eſt (dicunt) ut à non ſtando inſtans dicamus. Quapropter (ut inquit Cenſorinus) Aeuum

Quid inſtans tempus.

tempus est unum maximum, immensum sine origine, sine fine, quod eodem modo semper fuit, semper futurum est. neq; ad quenquã hominem magis quam ad alterum pertinet, quod in tria diuiditur tempora, præteritum, præsens, futurum.

## DE ARTIVM INVENTORIBVS.

## CAPVT V.

Doctrinarum inuentores & maxime Astronomię aut Magiæ.

QVIS PRIMVS naturali uigore sit ausus oculos in cœlestia tollere, & diuinam fabricam speculari incertũ est hoc, & in nature maiestate abditũ. Sunt qui Zoroastrem, qui Hostanem intelligant, qui primi magiæ & sapientiæ sectatores extiterunt. Quòd si cõiecture datur locus nil obstat de Endymione intelligere, qui primus lunæ uices & uarietates indagauit, aut Lynceo, cui fabula cernendi data, quòd in geminis lunæ coitũ deprehẽdit. Quid & Anaximiandrum intelligas? qui primus obliquitatẽ signiferi percepit, Signa deinde in eo Cleostratus, & primus Arietis ac Sagittarij. Spherã ipsam antè multò Atlas. Quidã hac Pliniana autoritate moti Atlantem intelligunt, qui eo tempore quo Moses natus est claruisse reperitur, qui Promethei erat frater maternus, & auus Mercurij maioris, cuius nepos fuit Trimegistus hermes, ut scribit Augustinus. Conueniens est quamlibet artem inuenientem ultra communes sensus ab omnibus esse admirationi, non solum propter aliquam inuentorum utilitatem, sed tanqnam sapientem ab alijs differentem. Anticlaudianus luculentis uersibus peculiarem artificum dotem referentibus Dædalum extollit, quòd apprime arces erigeret, quæ carmi

na

na, cum breuiter multorum complectantur ingenia non uisa per incuriam omittenda, ait enim.

Ut Zeusis pingit chorus hic, ut Milo figurat, — Dotes artificum.
Ut Fabius loquitur, ut Tullius ipse perorat,
Ut Samius sentit, sapit ut Plato, quærit ut Hermes,
Diuidit ut Socrates, ut Zeno colligit, instat
Ut Brisso, studet ut Crisias, speculatur ut Argus
Temporis excursus, ut Cæsar cogit, ut Atlas
Sydera perquirit, ut Zetus pondera librat.
Tanquam Crysippus numerat, metitur ut alter
Euclides, canit ut Phœbus, citharizat ut Orpheus,
Circinat ut Perdix, ut Dædalus erigit arces.
Fabricat ut Cyclops, ut Lennius arma mouet, at
Instruit ut Seneca, blanditur ut Appius, urget
Ut Cato, succendit ut Curio, uelat ut alter
Dissimulans, ut Soldius implicat, explicat idem
Ut Naso, uernat ut Statius, ut Maro dictat.

DE MUNDO.

CAPUT VI.

Mundum latini totam machinam uocant, terrestrē scilicet & terrenum orbem, in quam sententiam pedibus uadit Plinius libro secundo naturalis historiæ, in hæc uerba: Mundum & hoc quod alio nomine cœlum appellare libuit, cuius circūflexu teguntur cuncta. Nostri uero distingunt uocantes hunc in quo degimus mundum, superius cœlum à cælati similitudine, quod simulachris cœlestibus est impressum. — Quid mūdus.

## DE AMORE IN PATRIAM. CAPVT VII.

De amore erga patriam.

PROPONENDA enim est patriæ salus saluti liberorum. hinc Maro:

*Vicit amor patriæ, laudumq; immensa cupido.*

*Versus in hanc sententiam Lucilij sunt hi:*

*Commoda præterea patriæ sibi prima putare,*
*Deinde parentum, deinde altera & ultima nostra.*

*Et luculēter Mar. Tul. locutus est: unicuiq; nostrū chari sunt parētes, liberi, propinqui, familiares, sed oēs omniū charitates patria una complexa est, pro qua quis bonus unquā mortē dubitauit oppetere, cū ei profuturus esset.*

## DE CREATIONE. CAPVT VIII.

An aliquid ex nihilo.

PHILOSOPHI *dicūt rē nullā gigni diuinitus ex nihilo, quod sacrosanctæ Theologiæ dissentaneum prorsus est, quæ uerè sentit deū creare posse aliquid ex nihilo. Cæterū Aristo. affirmat nihil ex nihilo fieri posse, & hoc (Platone excepto) cōcedūt oēs philosophātes, unde Persi. Aegroti ueteris meditātes somnia, gigni De nihilo nihil, in nihilū nil posse reuerti. Piæ tamē religionis asseclæ credūt deū ex nihilo res produxisse, & hac utuntur rōne. Vnūquodq; agēs sibi simile agit, agit autē secūdum quòd est actu illius. Igitur agētis erit producere effectū causando aliquo mō formā materiæ inhærentem, quod est actu per formā sibi inhærentē, & nō per totam substantiā suā, unde Philosophus in VII. Meta. probat quòd res materiales habētes formas in materijs generantur à materialibus agētibus formas habentibus in materia, nō à formis per se existētibus. Deus autē nō actu per*

aliquid

aliquid sibi inhærẽs, sed per totã suam substantiam. Igitur proprius modus suæ actionis est ut producat rẽ subsistentem totam non solum rem inhærentem, scilicet formam in materia. Per hunc autẽ modũ agit omne agens, quod materiam in agendo non requirit. Deus igitur materiã præiacentẽ nõ requirit in sua actione. Hanc autem ueritatem diuina scriptura confirmat dicẽs Geneseos 1. In principio deus cœlum & terram creauit.

## DE GIGANTIBVS. CAPVT IX.

LVCRETIVS redarguit gigantum fabulam & pugnã, qui mythicæ dicti sunt Pelion ossæ super posuisse, scilicet atq; esse frondosum immittere Olympũ. Gigantes tamen fuisse sacra historia declarat. Hanc Lucretianam opinionem improbat libro de ciuitate dei decimoquinto Augustinus, Infideles non credunt esse magnitudines corporum longè ampliores tunc fuisse quæ nunc sunt, unde & nobilissimus eorum poëta Vergilius. De ingenti lapide, quem in agrorum limite infixum uir fortis illorum temporum pugnans & rapuit, & cucurrit, & intorsit, & immisit: Vix illũ, inquit, lecti bis sex ceruice subirent, Qualia nunc hominum producit corpora tellus. Sed de corporum magnitudine plærũq; incredulos nudata siue per uetustatem, siue per uim fluminum uariosq; casus sepulchra conuincunt ubi apparuerunt, uel unde ciciderunt incredibilis magnitudinis ossa mortuorum. Vidi ipse Campegius apud Valentiam nominatissimam Allobrogum urbem in cœnobio fratrum minorũ ossa brachiorũ & Alchatin unius gigãtis, quẽ Geometri quadraginta pedum longitudine

Gigantes an fuerint.

fuisse

fuisse colligũt ex mẽbrorum reliquorum æquali propor tione, hæc certe oculos nostros immani sua magnitudine attonitos reddiderunt. Ioannes Bocacius orator eximius, nõ cõpressu dæmonum, sed syderũ uirtute gigantes oriri, & suo tẽpore historiã cõperti gigãtis sic ipse narrat: His diebus apud Drepanum Siciliæ oppidũ fortuito euenit, in radicibus mõtis qui Drepano imminet, nõnullis agrestibus domũ pastoralem fodientibus cauernæ introitus apparuit. Ingreßi cũ faculis fossores antrum amplißimũ inuenere, & ibi hominẽ miræ magnitudinis sedentem uidere. Tremefacti remeant, ab antro egreßi ad oppidũ usq; currẽtes obuijs aliquid noui præsagientibus uisa, gestaq; referũt. Ciues & forte trecẽti attoniti narratione captis armis specus prodigiũ uisum intrãt, hominẽ non uiuum sedentẽ cõspiciunt. In cuius sinistra manu baculus tãtæ altitudinis & großitiei erat, ut magni cuiuscũq; nauigij antemnã excederet. Qui tactus in puluerem e uestigio corruit ad intra ut grauaret, plumbi quindecim cantariorũ ponde continẽs. hominis proceritas cõtacta pariter in puluerẽ dissoluta est, tribus dentibus magni põderis, quos Drepanãses ad perpetuã rei memoriã seruãt, exceptis. Cranei partẽ anteriorẽ adhuc firmißimã plurimorũ frumẽti modiorũ capacẽ inuenerũt. Os cruris exesi admirãtes hominẽ illũ ducentorũ cubitorũ & amplius fuisse conspiciẽtes cõiectarunt. Ioannes quoq; pius Bononiẽsis orator facundißimus in cõmentarijs Lucrecianis suo tẽpore historiã cõperti gigantis sic ipse narrat. Vidi ipse non solus, sed aliqui mecũ Vticensi litore molarẽ hominis dentẽ tã ingentẽ, ut si in nostrorũ

dentium

dentiũ modulos minutatim cõcideretur, centũ nodis ui=
deretur facere potuiſſe. Sed illum gigãtis alicuius fuiſſe
crediderim. Nã præter quòd erant omniũ multo maiora
quàm noſtra tũc corpora, gigãtes lõge cæteris anteibãt.
Sicut alijs deinde noſtriſq; temporibus rari quidem, ſed
nunquam ferme defuerunt, qui modũ aliorum plurimum
excederẽt. Plinius ſecundus elegantiſsimus neſcio an do=
ctiſsimus homo quanto magis magiſq; præterit ſæculi
excurſus minora corpora naturã ferre teſtatur, qui etiã
cõmemorat Homerum ſæpe carmine fuiſſe conqueſtum,
Cum cecinit Satyrographus poëta.

Nam genus hoc uiuo iam decreſcebat Homero,
Terra malos homines nunc educat atq; puſillos.

Cauſam Plinius cẽſet ignei elemẽti ſuperãtis aquã, quod
ui ſua ĩgenita corpora diminuit. Mũdus enim nũc uergit
in epycoroſin hoc eſt exuſtionẽ, cũ antea eſſent ſcaturo=
ſa corpora, cuius rei hæc affertur ratio, quòd mundus in
cataclyſmũ declinabat, hoc eſt aquaticã ſuperabũdãtiã,
quæ magnitudinis erat excedẽtis in corporibus cauſſa.
Scribit Auguſtinus libro de ciuitate dei tertio, ex præ=
uaricatoribus angelis cũ filiabus hominũ concubentibus
natos eſſe gigãtes, id eſt nimiũ grandes ac fortes uiros.
Idẽ decimoquinto, ante paucos annos cũ Romanæ urbis,
quod à Gothis factũ eſt propinquaret excidium, Romæ
fuiſſe feminam cũ ſuo patre & ſua matre, quæ corpore
quodã modo gigãteo longè cæteris præmineret, ad quã
uiſendam mirabilis fiebat uſquequaq; concurſus. Et hoc
erat maxime admirationi, quòd ambo parẽtes eius nec
ſaltem tam longi homines erant, quàm longiſsimos ui=
dere

dere consueuerimus. Potuerunt igitur gigantes nasci.

## DE VOCE.

## CAPVT X

De voce.

SCRIBIT magnus Albertus in cōmentarijs dialecticis uocē humano emissam palato per aërē cōtinuari ad aurē peruenire: in quā recepta mouet quādam chartilaginē & sensum admonet & lacesßit: affert hanc similitudinē. Si forte in fluuiū saxū proijcias dirūpitur uerbere mollis aqua, & factis subito quibusdam circulis unū post alios ad ripā tendit amnicā. Sic uox ferit aëra, aër propinquū aërē, & sic per succesßionē tēdit ad aurē. Scribit Aristoteles libro de interpretatione, uocē improprie dici nisi humanā scriptibilē, articulatam, & aliquid significantem. Cæteros autem ut belluarum & aliarum huiuscemodi rerum dici sonos & sonitus.

## DE INANI SIVE VACVO.

## CAPVT XI.

De inani siue vacuo.

QVIDAM dicunt uacuum esse ens, in quo nō est corpus tangibile sicut Democritus & Leucippus. Quidam dicunt inane id appellari, in quo nihil est omnino, & ij hallucinātur, ut Lucretius hoc inane Græce cenon appellāt. Sciendū Epicureos naturaliū rerum duo ponere principia, plenū uidelicet & uacuū, & cum officium pleni corporis sit obstare & reniti, inanis uero cedere, in oībus plenis est inane quoniā penetrari posßūt etiā solidisßima. Aristote. lib. IIII. Physicorū carpit Pythagoricos, qui uacuū esse dixerūt, utētes hoc argumēto, quòd cinis tantū suscipit aquæ quantū uas uacuū capit, ijdē Pythagorici uacuū esse dixerūt, & ipsum ex infini

to

to ſpiritu cœlũ ingredi quaſi reſpirãdo aërem ipſum & uacuũ traheret, quod naturas ipſas diſtinguit, propterea quòd uacuũ ſeparatio quædã eſt eorũ atq; diſtinctio, quæ deinceps ſunt collocata, atq; hoc inquiũt primũ in numeris eſſe. Vacuũ enim naturã ipſorũ diſtinguere dicũt. Vacuũ ſiue inane locus eſſe uidetur in quo nullũ eſt corpus, & cũ illis omne corpus ſit graue aut leue. Fit igitur per rõciniũ ut id ſit uacuũ, in quo nõ eſt graue quicquã aut leue. Ibidẽ multis argumẽtis docet Ariſto. inane nõ dari, quoniã ſequeretur inani cõceſſo nihil poſſe moueri. Nam ut quidã terram ob ſimilitudinẽ quieſcere cẽſuere, ſic & in uacuo quoduis quieſcere corpus neceſſe eſt. Non eſt enim quonã magis aut minus mouebitur. Quod nãq; uacuũ eſt hoc differentiarũ eſt expers. Sic reſpondet argumẽto cineris, poſſunt etiã corpora non ob ingreſſionẽ in uacuũ, ſed ob extruſionẽ eorũ, quæ in ipſis inſunt dẽſari, ueluti cũ premitur aqua fit ut aër, qui in ipſa eſt extrudatur. Fiũt præterea incrementa non ſolũ aliquo ingrediente, ſed etiam alteratione, ueluti ſi aër ex aqua fiat. Ibidem perfacile tradit Ariſtoteles eſſe perfacile ſoluere rationes eorum, qui dicunt eſſe uacuum.

## DE TEMPORE.

## CAPVT XII.

CVM DOCTE ſatis & euidẽter oſtẽſum ſit duo eſſe corpus & inane, nunc poſſet oriri dubitatio. Poſſet enim quiſpiam dicere. At qui tempus eſt quid corporeum, quoniam eſt in corpore hoc eſt aëre, & tamen nec eſt coniunctum nec euentum. Igitur aliquid eſt tertium præter corpus & inane. Reſpondet Lucretius

De tẽpore & quid tẽpus.

tempus non esse corpus, imo proprie loquendo non esse. Sed numeratur tempus à rebus ut prisci à meßibus numerabant annos, & nos à cursu solis annum, tanquàm uelit dicere Lucretius, ipsius tẽporis superesse solum nomen, & ex temporalibus rebus denominationem. Contrarium sensit Aristoteles opinatus esse, temporis solum tempusculum, hoc est extans, & momentũ breue, nihil uelocius considerari potest, & hoc est continuare coniungereq́; præteritum tempus cum futuro. Tempus sensum aliquem nõ habet, sed id in quo est tempus. Mutatio omnis, ut inquit Aristoteles libro physicorum quarto natura est dimotiua, atq; in tempore omnia fiunt, & corrumpuntur, quapropter sunt qui sapientißimum ipsum esse dicebant. At Pythagoricus Paro rudißimum esse dixit, quia in ipso obliuiscuntur. qui rectius dixit. Sed quidnam sit tempus, & quæ sit ipsius natura, similiter est obscurum, & ex his quæ à maioribus nostris tradita sunt. Quidam enim uniuersi motum. Quidam uti sunt quos uulgato nomine nominales uocant spheram ipsam esse dixerunt. Colligit Aristoteles libro naturalium tertio sine motu mutationeq́; non esse tempus, nec tamen tempus motum esse neq; esse sine motu. Cum igitur motus non sit, necesse est ipsum aliquid motus esse. Probat Lucretius nullum esse tempus posse nisi res sint, à quibus denominationem tempus assumat, uerbi gratia nisi fuisset Helena, quæ materia fuit belli Troiani, nunquàm Troia igne corruisset. De tẽpore plura in campis nostris naturalibus, ac in symphonia nostra reperies, si per ocium licet.

## DE PRINCIPIIS RERUM NATURALIUM SECUNDUM PHILOSOPHOS. CAPUT XIII.

ARISTOTELES Physicorũ primo de principijs affatim disputat, & prostratis opinionibus antiquorũ sic scribit. Hæc etiã opinio uetus quædam esse uidetur, unũ inquã & excessum atq; defectũ principia rerũ esse. Attamẽ nõ eodẽ modo sed prisci, duo quidẽ agere, unũ autẽ pati dicebãt. At posteriorũ quidam ecõtra unũ qdẽ agere, duo uere pati potius asserũt. Tria igitur elemẽta rerũ esse putare ex his & huiusmodi alijs animaduersis, uidebitur aliquã rationẽ habere. Ad patiendũ enim sufficiẽs est unũ ipsum. Et ut summatim loquar apud peripateticos sunt tria principia materia scilicet forma & priuatio. Cicero in Academicis lepide recẽsens opiniones antiquorũ de principijs sic est inter magnos homines sũma dissensio. Princeps Thales è septẽ: cui sex reliqui cõsensisse primas ferunt ex aqua dixit omnia cõstare. At hoc Anaximandro populari & sodali suo non persuasit. Is enim infirmitatẽ naturæ dixit esse è qua oĩa gignerẽtur. Post eius auditor Anaximenes ĩfinitũ aëra. sed ea quæ ex eo orirẽtur definita, gigni autẽ terrã, aquã & ignẽ, tum ex ijs omnia. Anaxagoras materiã infinitam: sed eas particulas similes inter se minutas, eas primum cõfusas, postea in ordinem adductas mente diuina. Xenophanes paulò etiã antiquior unũ esse omnia neq; id esse mutabile, & id esse uerũ deũ, neq; natũ unquã qdquã & sempiternũ cõglobata figura. Parmenides ignẽ, qui moueat terrã, quæ ab eo formetur. Leucippus plenũ &

De principijs. Anaximenes. Anaxagoras. Xenophanes.

Democritus. Empedocles. Heraclitus. Melissus. Plato. Stoicus.

inane. Democritus huic in hoc similis uberior in cæteris. Empedocles hæc peruulgata & nota quatuor. Heraclius ignẽ, Melissus hoc quod esset infinitũ & immutabile & fuisse semper & fore. Plato ex materia in se omnia semper recipiente mundum esse factum censet, ideo sempiternum. Pythagorei ex numeris mathematicorum initio proficisci uolũt oĩa. Stoicus mũdũ sapientẽ inquit habere mentẽ, quæ & se & ipsum fabricata sit, & oĩa moderetur, moneat, regat. Erit etiã persuasum solẽ, lunã, stellas oẽs, terrã, mare deos essẽ, quòd quædã aĩalis intelligẽtia per oĩa ei permanet & trãseat, tamẽ fore aliqñ ut oĩs hic mundus ardore deflagret. Vltima est opinio Lucretij corporũ duplicẽ differẽtiã facientis, aut enim simplicia, aut cõposita existũt. Simplicia dicũtur, quæ nullis corporibus stipantur: quæ prima corpora dicuntur ut atomi, elementa principia rerũ, materia initialis. Cõposita uerò sunt quæ seminibus primis cõponuntur & uacuo. inter corpora sunt quædã solida ut elementa, flatuosa, inanis capacia, cõflata ex elementis, ꝓpterea fulminis duricies immodica & excedens ferme captũ humanũ, quoniã ex elementis constat tantum. Corpora prima secundũ Lucretium sunt fractura & labe carentia.

Lucretius.

Hęc omnia de principijs philosophorũ sũt somnia & fabulæ.

### DE SIMILITVDINE PARENTVM & filiorum.

### CAPVT XIIII.

Filij parẽtum similitudines reprȩsentant.

DE SIMILITVDINE Plinius hæc graphice cõscribit libro septimo naturalis historiæ. Similitudinũ quidẽ in mente reputatio est, & in qua credãtur multa fortuita pollere, uisus, auditus, memoriaq;, hau

stæ imagines

stæ imagines sub ipso cõceptu. Cogitatio etiã utriuslibet animo subito trãsuolans effingere similitudinẽ aut misce re existimatur. Ideoq; plures in hoĩe quàm in cæteris omnibus aĩalibus differẽtiæ, quoniã uelocitas cogitationũ animiq; celeritas, & ĩgenij uarietas multiformes notas ĩprimit, cũ cæteris animãtibus ĩmobiles sũt animi: & similes oĩbus singulisq; in suo cuiq; genere. hæc ille. Aristoteles uerò libro de generatione animalium secũdo de similitudinibus & earũ causis enixißime disputat opiniones priscorum cõfutans, qui hoc ascribebant semini ex toto corpore defluenti. Gesticulationes referunt filij quæ sunt in parẽtibus, causa est quòd sicuti aues colorẽ in pennis eundem referunt, similiter mores parentũ filij repræsentant. Quoniã natura primi principij est immobilis: cum idem sit ipsum in filio, quod fuit in patre, neq; mutari queat, necessariũ igitur esse uidetur eadem genitiua signa ĩesse filio, quæ inerãt patri. Si uerò filij parẽtũ mores repræsẽtẽt libro secũdo symphoniæ nostræ enixissime disputauimus, ubi opiniões priscorũ cõfutauimus. Aristoteles.

DE PLVVIA ET CIRCVLARI generatione elementorum.

CAPVT XV.

IN COELVM tolluntur exhalationes terrestres & peruenientes ad tertiam regionem aẽris mutantur in aquam, & hoc pacto ex fumida illa materia, quæ igneæ naturæ uidebatur, fit in pluuiam transmutatio. In hanc sententiam ita scribit Apuleius Platonicus in Cosmographia. Elementorum inter se mutui nexus arctis affinitatibus implicantur, & qñq; ijs coniuges co- Pluuię generatio. Apuleius.

pulæ his ordinatæ uicibus attinenter ut hæreant etiam grauioribus leuiora, quam in se habet tellus: & aqua ut alij putāt uehit terram, aër ex aqua gignitur: ignis ex aëris cōdensitate cōflatur, æther uicissim, ignesq; illi immortalis dei uiuacitate flammantur, huius diuini ignis origine incēsi, per totius mundi cōnexa, illustribus facibus ignescunt superna. Est autem terra unde uenti, unde ignes, unde aquæ, tanquàm ex seminario ꝓlifico manāt. Nam Alberto magno teste libro primo meteororū aqua fit ex aëre & ecōuerso, aër ex aqua secundum dispositionem dei gloriosi & sublimis, qui dedit circularē generationem elementis. Non enim fit aër statim ex quacunq; aqua, sed fit ex uapore multo, qui remanet in aëre ꝓpter suā caliditatē, & in sua naturali humiditate quādo eleuatur à duobus elemētis, quæ sunt aqua & terra. & similiter aqua nō fit statim ex aëre multi uaporis in media aëris regiōe ubi frigus est, quādo ꝑ frigus uapor ille cōgregatus cōstare incipit & multiplicare in multis puluis in seipsum reuolutus, tunc enim spissatur & fit aqua descendens per pluuiam uel alio modo quòd ex imbre creatur terra. docet idē Albertus sic quando uapor exhalatus à terra est in tertia zona aëris tunc spissatus frigore recedit ad naturam suam & cōuertitur in aquam, & cū pluit attrahit ipsum iterum caliditas loci & solis & regeneratur in nubes, uerūtamen cū descendit pluens non fit totus aqua, quia permista est cum ipso aliqua pars terrestris accidētali calore calida, & illa euolat ad superiora & manet in aëre. Sed ille uapor qui exprimitur frigido exprimēte in aquam est aqua humida

descendens

descendens ad terram per pluuias, & sunt etiam in illo aquæ partes calidæ ignitæ, quæ cū pluuia descendūt, & illæ post pluuiā liberæ effectæ iterū ascendunt cū paruis & subtilibus partibus terrenis ignitis, & remanent in alto cum eis, quæ sunt illic istis similibus.

## DE GENERATIONE HOMOgenea & eterogenea, id est similari & dißimilari.

## CAPVT XVI.

GENERATIO est duplex altera homogenea, id est similaris, alterera eterogenea dicitur, id est dißimilaris. Homogenea priō & ex se cōstat ex homiomeria, ut os fit ex oßiculis, sanguis ex sanguiculis. Ex similaribus particulis natura propagatur animātis, quæ ex ambabus cōstat. Nō enim caput animātis caput similare est cū diuidi ualeat in diuersæ appellationis particulas, cū uerò in ossa os soluatur ut Cicero in carnes similare uocatur siue homogeneū. Nec solū animātia, sed & inanimata censebat iste cōstare ex homogeneis, ut æs ex æris tenuißimis portiōibus cōstari iudicabat. Albertus magnus libro quarto meteororū in hac significatione corpora uocat homiomera, & idem eiusdem tractatu quarto sic ait. Dico autē illa esse homiomera quæcunq; quidē in cōponētibus essentialibus partes dißimiles habent: sed in quātitatiuis partibus diuiduntur per similia sibi, eò quòd quælibet pars quātitatiua ipsorum noīatur noīe totius, & habet ipsius rationē, quælibet enim pars plūbi plūbū est, & carnis caro est. Talia autē sunt in genere triū differētiarū scilicet minerabilia, uegetabilia, &

 sensibi

ſenſibilia. Seruius libro quarto Aeneidos. Exoriare aliqs nostris ex oßibus ultor, secūdū Anaxagorā qui homiomeriā dixit, id eſt omniū mēbrorū ſimilitudinē eſſe in rebus creādis. Ergo ſicut ex oßibus, ſic ex ſanguine & medullis. Nā oīa ꝑ parte ſui tranſeunt in procreationem.

## DE CONTINVI diuiſione ac de infinito.

## CAPVT XVII.

ANaxagoras nullatenus concedit inane dari, ſed corpora in ſectiones infinitas tradit eſſe diuiſibilia, ut nullū tā exiguū fruſtellū ſit corporis, quod non in minutiorē micā ſecari poßit, quod & ſenſit peripateticorū princeps Ariſtoteles: qui dixit quòd infinitū ſecūdū quātitatē uel formā eſt ſic ignotū, quòd non ſcitur ex qualibet aut quòd ſit cōſtitutū. Et ad hunc ſenſum capit Ariſtoteles ꝓpoſitionē illā. Infinitū ſecūdū quòd īfinitū eſt ignotū cōtra Anaxagorā, qui ponebat infinita principia rerū naturaliū tā ſecundū qualitatē quàm ſecūdū quātitatē, oſtēdēdo quòd tūc nullū cōpoſitū naturale eſſet notū, quia ſua principia ex quo eſſent infinita nō eſſent cognita quæ & quot eſſent. Nā infinitū ſecūdū quòd infinitū primo modo nō eſt ignotū, id eſt quātū ad rationē formalē ſecūdū quā dicitur infinitū. Nā finitas & terminatio eſt cognita, ergo infinitas & priuatio terminorum poteſt eſſe cognita. Itē infinitū ſub ratiōe infinitatis deſinitur ſaltē definitiōe quid nominis, ergo ut ſic pōt eſſe notū. Et cū infiniti quinq; ſunt modi, & ſignificationes ut ī cāpis naturalibus & quarto ſymphoniæ noſtræ ample dictū eſt, duarū tamē ſecūdæ & quintæ plurimū præcipua cura eſt. Dicitur infinitū ſecūdo id quod caret extremo

tremo quod assequi & quo perueniri quis poßit. Quinto dicitur, infinitũ tũ id quod perpetuã adiectionẽ capit ut nũerus, tũ id qđ infinitã abrasionẽ desectionẽ qđ patitur, ut cõtinuũ & magnitudo. Quæ & utrãq; rõnẽ infinitudinis recipit. Nã & secta deductaq; re ĩ partes duas alteri ꝑti semp põt adijci, ab altera semper põt abradi.

## DE TEMVLENTIA VINI NAtura & ebrietate.

## CAPVT XVIII.

TEMENTVM uinum dicitur, à quo temulũ quidam deflectunt & temulentum, unde temulentia authore Plinio ꝓ ebrietate in reuerẽdæ uetustatis exemplari apud antiquos scriptum est temulo hoc est uinulento. Temẽtum dicitur quòd mentẽ tẽtet, quoniã, ut elegãter Plautus inquit, uinũ malus est luctator, pedes captat primum. Androcydes sapientia clarus subinde monebat Alexãdrum ut uino tẽperaret dicens: O rex cum uinũ bibis, memento te bibere sanguinẽ terræ. Nã cicuta homini uenenum: cicutæ uinum. Quæ si rex Merobibus audiuisset mensam charo sanguine nõ poluisset, neq; resipiscens frustra ingemuisset. qui scripserunt Alexandriada tutãtur hunc, & ei multa uitio uerti à pseudolistoricis aiunt, quæ rex minime patrauit, ut sunt Græci in historijs suis non historici, sed mythistorici. Author Lampridius in Alexandro mãmeæ. lege Arrianũ Alexãdrũ de uinulentia tuentem. Non igitur inscito nec inelegãti epitheto risus uocabitur temulus, quoniã ebrij in risum sunt ꝓcliues. Chrisostomus temulẽtiã multicipitem bestiã uocat. Nã queẽadmodũ Scylla & Hydra apud

poëtas, sic & ebrietas multis capitibus armatur. hinc enim fornicatio, hinc ira: hinc mollicies, hinc turpes amores oriuntur. mox subdit: ubi enim temulentia, ubi uerba turpia, ubi uenter satur, ibi dæmones exultant.

## DE TRIPLICI MOTV.
## CAPVT XIX.

MOTVM triplicem peripatetici asserunt, aut in orbem ut cœlũ, aut in centrũ ut terra, aqua, aut à cẽtro superius ut ignis & aër. Opinionẽ peripateticorũ refutat Lucretius dicẽtiũ oĩa in mediũ ferri suapte natura & sponte quæ sunt grauia, aĩalia autẽ motu circulari feruntur, qualẽ animæ platonici peripateticiq; cõspicãter adscribũt quæ eadẽ aĩalia si corpus spectes recto motu ferũtur ob molis corpore grauedinẽ. quare cũ spaciũ & uniuersum sit infinitũ, excluditur ex eo cẽtrũ uel meditullium, quod nullatenus in infinitate cadere potest. Aristoteles tñ illæsus ab Lucretianis est argumẽtis, utpote qui uacuũ & infinitum ex summa rerum exploserit.

## AN SINT ANTIPODES.
## CAPVT XX.

SVNT qui dicant homines esse, qui uocãtur antipodes è pedũ nostrorũ regiõe collocati, qui tum solem uident cum nos noctem. de quibus Virg. in Georg. Illic, ut perhibent aut intempesta silet nox, Semper & obtẽta densantur nocte tenebræ. Nosq; ubi primus equis oriens afflauit anhelis, Illis sera rubens accendit lumina uesper. Nam utiq; terra duas sibi partes hemicycliorum quadam diuersitate despicit, id est, uuã habet supernatantem, quã nos habitamus, & ambit Oceanus, & aliam inferuẽtem.

tem. Sed hæc superior initium habet à solari ortu, illa recipit à solis occasu, quem circulum Græci Orizōta perhibent. uerum quia ille zonæ uolubilitatem utriusq; partis includunt, decē utriusq; circulo suo faciunt regiones è quibus hæc quæ à nobis habitatur est una, atq; ad aquilonē uersus & septentriones ascendit. Altera quæ cōtrario ad meridiem atq; austrum fert, quā habitare illi existimantur qui uocantur Antici. Similiter ex infernalibus duæ. sed hi qui à nobis obuersi memorātur antipodes, qui cōtra illos quos Anticous dicimus, Antichthones appellantur. Sed nos cum illis temporum diuersitas uelut quadam contrarietate discriminat, nam cum æstate torremur, illi frigore contrahuntur. Nam cum hic uer pubescit florentibus pratis, illic edomita æstas temporibus autūnescit, hic bruma, solstitium illic apparet, nobis arctoa lumina spectare permissum, illis penitus denegatum. Antipodes autem nostri unum nobiscū tractum perferunt hyemis, & flagrantiam cōmunis æstatis, sed noctē diuersam diesq; cōtrarios, licet æstate grādes dies, prolixasq; hyeme noctes, nobisq; septentrio cōspicabilis illos lateat sine fine. hæc ex libro capellæ Geometrico excerpta sunt.

Quòd sint quidam populi terræ inferiora habitātes, qui alterius solem & noctem uideant, quales nuncupantur Antipodes, uanus, stolidus hæc omnia parturit error.

## DE ATOMIS.

## CAPVT XXI.

EPICVREI duo principia faciunt asyntheta. Aristoteles ac cæteri philosophi uocant Indiuidua, ut Socrates & Plato. Democritus uero Leucippus, Epicu-

rus, & eos Lucretius imitatus Atomos posuerũt: opinio= nẽ quorũ sic Lactãtius libro tertio redarguit. Atomi si sunt corpuscula & quidẽ solida ut dicunt sub oculos cer te uenire possunt. Si eadẽ est natura omniũ quomodo res uarias efficiunt, uario inqt ordine ac positione cõueniũt, sicut literæ quæ cũ sint paucæ, uariè tñ collocatæ innume rabilia uerba cõficiunt. At literæ uarias formas habẽt: ita inquit & hæc ipsa primordia. Nã sunt aspera, sunt ha= mata, sunt læuia, secari ergo & diuidi possunt, si aliquid inest illis quod emineat, sin autẽ læuia sunt & humoris indigent cohærere nõ possunt. hamata igitur esse oportet ut poßint inuicem cõcatenari. cum uero tam minuta esse dicantur, ut nulla ferri acie discidi ualeãt, quomodo ha= mos aut angulos habent? Idem Lactantius libro de Ira dei Leucippũ excordẽ uocat & cæcũ, qui aspera angula ta, hamata rotunda, corpuscula dicere, id est, atomos.

DE MOTU an differat à mobili.

CAPUT XXII.

De motu operæpreciũ uidetur quædã attingere, quæ lucernã peripateticã redoleãt. pro explica= tione ratiõis præmittitur primo quòd de motus natura duæ famigerabiles inuẽtæ sunt opiniões. nam quidã utpo te qui noĩales uulgo noĩantur dixerũt motũ esse realiter idẽ cũ mobili aut forma, quæ ei acquiritur, unde motũ ad substantiã uel qualitatẽ dixerunt esse idẽ realiter cũ for= ma substantiali aut qualitate quæ mobili aduenit, nec ab ea differre nisi ratione. Motũ uero localẽ augmenti, uel decrementi, dixerunt esse ipsum mobile aliter se habens quàm prius, respectu loci aut secundũ extensionẽ. alij au

tem

tẽ quos reales appellãt, posuerunt motũ tam à mobili q̃ à termino motus secũdũ rẽ fore distinctũ. Adde ꝙ de motu duæ ponũtur distinctiões, quarum prima est quòd motus capitur dupliciter, cõmuniter & propriè. Cõmuniter capiendo motũ sic se extendit tã ad mutationẽ subitã quàm ad motũ successiuũ, & sic ad cuiuscunq; prædicamẽti rẽ potest esse motus per se uel per accidẽs, quia in unoquoq; prædicamẽto potest fieri trãsmutatio ad actum. Propriè sumitur motus pro trãsmutatione successiue tẽpore mensurata, & sic solũ ad tria prædicamẽta est per se motus, uidelicet ad qualitatẽ & quãtitatem & ubi, licet ad substantiam sit mutatio per se, & ad alia sex prædicamenta sit mutatio aut motus solum per accidens, ut quinto & septimo physicorũ est animaduertere. Secunda distinctio est quòd motus dupliciter sumitur, uno modo materialiter, & sic est forma (ut realibus placet) fluens sub quo mobile non quiescit, sicut essẽt albor remissus sub quo est mobile dum actu transmutatur ad colorem album intensiorem, & motus sic sumptus definitur à patre impietatum Auerrhoe quarto tertij physicorum, quòd est generatio partis post aliam illius profectionis, ad quam tendit motus donec perficiatur & sit in actu. Alio modo sumitur motus formaliter pro fluxu quodã seu uia in terminum acquirendum, sicut est fluxus illius quod transfertur de loco ad locũ, & tunc describitur à Liconẽse quòd est exitus de potẽtia ad actum. Motus primo modo sumptus est de genere termini ad quem, sed motus secundo modo sumptus est de genere paßiõis. Tertio præmittitur ꝙ motus formaliter sumptus (secundũ opinionẽ Realiũ)

duplices habet partes scilicet materiales ut sunt illæ in quas diuiditur ad diuisionem mobilis, secundæ autẽ non, quia sibi inuicẽ succedunt sicut partes tẽporis. Et ex hoc sequitur secundũ illos primò, quòd aliqua est pars motus formalis tantũ ut illa qua totũ mobile mouetur in parte temporis totũ motũ mensurantis, & aliqua est pars motus tantũ materialis ut illa qua præcise medietas mobilis per totum tempus mensurans motum moueretur. Aliqua uero est pars formalis & materialis, ut illa qua præcise medietas mobilis mouetur solum per partem temporis motum totum mensurantis. Sequitur secundo quòd quælibet pars motus formalis est diuisibilis in partes materiales, & quælibet materialis in partes formales. quæ autẽ opinio de motu sit uerior, adhuc de ea re certamus, atq; sub iudice (ut Flaccus ait) lis est.

AN COELVM habeat materiam.

## CAPVT XXIII.

COELVM ut Auerrhous in libello de substantia orbis & octauo Physicorum scribit, forma quidẽ est, sed non materia formæ subiacens. Idem uidetur sentire Aristoteles duodecimo Metaphysicæ, ipse Auerrhous sentit corpus cœleste seclusa intelligẽtia esse substantiam corpoream simplicem compositione carẽtẽ, ex materia & forma adeo ut nolit ibidem reperiri materiã quæ formæ subijciatur, licet ipsum sit subiectum motus localis. inquit enim sic, quia declaratum est actionẽ istius corporis esse æternã declarabitur formã eius non existere per suũ, & subiectũ suũ esse simplex nõ cõpositum ex materia & forma, quoniã si ita esset, generabile & corruptibile

ptibile esset. Thomas Aquinas credit cœlũ esse composi=tum, & habere materiã, nõ tamen eiusdem rationis cum horum inferiorũ materia. Egidius Romanus credit cœlũ seclusa intelligẽtia esse compositũ ex forma substantiali & materia eiusdẽ rationis cũ horum inferiorũ materia. nec propter hoc est corruptibile, cũ illi materiæ non sit annexa priuatio, ex quo eius forma est nobilißima omnes alias uirtute cõtinẽs: quare (infit) cõpletur eius appetitus & satiatur forma quã habet, ideo non remanet potentia ad aliã formã: cuius contrariũ in horũ inferiorũ materia cõtingit. diui Thomæ opinio cõiter non tenetur. Nã cũ materiæ quæ est subiectũ formæ sit pura potẽtia respectu formæ, siue sit in cœlestibus, siue in his inferioribus, sequitur omnẽ materiã eiusdẽ rationis cũ alia esse. Guilielmus Ocham, Ariminensis Gregorius, Aliacensis, totaq; nominaliũ familia sentiũt corpus cœleste esse substantiã ac formã simplicem cõpositione carentẽ, adeo ut nolint ibidem reperiri materiã quæ formæ subijciatur. Lucretius dicit cœlũ ualde tenerũ hoc est agitabile & liquidũ, & hæc est ratio cur cœlũ à Plinio Martianoq; tenerũ dicatur. An tenerũ dicetur quasi lubricũ, ut leue, ut putaminũ in ouis est teneritudo leuis & inoffensa, uel tenerũ nõ graue quoniã in eo est forma qdẽ, sed nõ materia formæ subiacens.

## DE SPERMATE Titillatione & septo trãsuerso.

## CAPVT XXIIII.

SEMEN humanũ, id est, sperma mouetur quatuor motoribus, natura, anima, calore, & spiritu. Sper=ma est quoddã supfluũ quartæ digestionis, quo indigetur ad salutẽ speciei, quo adesse quod habet indiuiduorũ ac=cessione,

ceßiõe, & ideo melius dicitur & cõueniẽtius ꝙ sit sup=fluũ ultimũ hoc est ex ultima digestiõe relictũ, qđ addi=tũ fuit sup illud, quod est corpori ultimo aßimulatũ. Sũt aũt titillatiões illecebræ quæ cũ tactu fiunt alarũ, quæ ho minẽ nullo ferè dolore ciẽt ad risum, gargalismon Græci dicũt, Plinius titillatus alarũ, titillamẽta plariades, unde titillare uerbũ ꝓ leuiter attrectare, ut dolorẽ quẽdã ridi culũ inde cõtrahas, quare ab Horatio dicitur. Nec uos ti tillet gloria iureiurãdo obstringã. Scribit magnus Alber tus lib. de aĩali. x. & III. daphragma, quod septũ trãs uersum Latini dictitant, parietis instar esse inter cor & uẽtrẽ, q carnulẽtus est in extremis iuxta costas & in me=dio tenuis. hic calefactus subito mutat sensum, & resoluit totũ corpus in gaudiũ uel tristitiã, cuius signũ est titilla tio, quæ fit in tactu leui parietis. Risus enim subito seq=tur tactũ telæ, eo quòd p ipsum tela mouetur, motus enim talis cõcutit parietẽ, & calefactus ex motu paries difun=dit spiritum & resoluit, & tunc mutatur intellectus, qui corpus cõtinebat, & ridet homo etiã in his quæ nõ sunt ridẽda risu inordinato, ĩ quo est multa spiritus excußio, & multa dissolutio neruorum ex calore diffuso in ipsis. Quòd autem solus homo huiusmodi titillatiõe mutatur, causa est quòd pellem habeat ualde tenuẽ & carnẽ ualde subtilẽ & tactũ, & ideo nullũ aĩal ridet nisi homo. Sene. lib. eplarũ. XIIII. de titillatiõe meminit. Aristotelis uer ba lib. XII. de aĩali. sunt hæc. Causæ autẽ cur homo aĩa=liũ unus titilletur & cutis tenuitas est, & quòd solus oĩm aĩalium rideat. Est enim titillatio risus p eiusmodi motũ partis, quem ala cõplet, ictu etiã traiecta præcordia in

prælium

prælium risum attulisse proditū est, scilicet calore, quē moueat uulnus. hoc enim uerisimilius credi potest q̃ quod de capite referūt ut abscissum loqui potuerit. Sunt enim qui hoc dicāt, Homerumq; teste adhibeant quasi ob eam rem illud dixerit, ipseq; dum loquitur miscetur puluere uertex, intelligi uoluit. idē libro orbicularium quæstionum uigesimo petit, cur in alis & pedū uestigijs titillamur, propter cutis tenuitatem inquit accidere, aut quia tactus earum partium insolens est ut etiam auris. paulopost interrogat cur nemo seipsum ualeat titillare. Augustinus libro primo soliloquiorum: sensisti quàm te aliter quàm præsumpseras imaginatæ illæ blāditiæ & amara suauitas titillauerit. Sententia Didascalica est apud Macrobium libro Satur. septimo. ipsa immoderatio ex ciborum uarietate nascitur titillante gula, & ad assumenda plura quàm necesse est prouocante.

CAVSA suauitatis in coitu.

## CAPVT XXV.

SEMEN genitale est quo egrediente uoluptificè afficimur: cuius suauitatis causam refert peripateticorū princeps Aristoteles lib. IIII. ꝓblematū encyclicon sic. Suauissimè cōcubimus aut quia toto ex corpore semē ꝓfluit, aut quia quàmuis nō toto ex corpore, tn̄ ꝑ eā partē se promit, in quā meatus oēs, uenæq; oēs applicētur & coeāt. Cū igitur uoluptas similis in libidine atq; pruriginе sit, efficitur pariter ut corpus uniuersū gestiat. prurigo qppe excursus humoris spirabilis īclusi cōtra naturā est. Et geniturā uero excursum humoris eiusmodi esse ad rē naturalē constat. suauis aūt tū ex necessitate, tū rei cuiuspiam

cuiuſpiã gratia concubitus eſt. Ex neceßitate inquã quòd uia omnis pertinẽs ad rem naturalẽ ſuauis eſt, ſimodo à ſenſu percipi queat. Rei uerò cuiuſpiã gratia eſt ut ortus ſit animãtiũ perpetuus. Facit enim uoluptas ut animantes ad coitum ardentius excitentur.

## AN SINT HOMINES PORTENTOSI, ac de centauris & monſtris.

## CAPVT XXVI.

AN PORTENTOSA effigie ſint homines belluis uidelicet hominibusq; ſimiles, dubitatur, quippe cũ Plinius diuerſa hominũ genera tradat, quæ cõmunionẽ quandã cũ belluis habent, præterea notum eſt quid Hieronymus de ſatyro tradit, nec religioſo multiſcioq; ſcriptori fides abroganda. Quidã cenſuerũt hæc ſui generis eſſe, nec hominis aliud habere quàm ſimilitudinẽ: quorũ authoritatẽ Lucretius infirmat, qui Centauros & huiuſmodi ſemihomines imagines falſas eſſe ꝓfitetur, cui concinit Themiſtius libro phyſicorũ ſecundo ſic ſcribẽs. Nũquã enim ita fraudatur ordo inſtituti naturæ ut ex uiro gignatur aut ꝓdeat platãus, ſed uir maxime aut ſi nõ uir, utiq; mulier, aut ſi neq; mulier, ſaltẽ animal, aut ſi neq; animal uiuũ, ſaltẽ caro. itẽ ficus aut ficũ gignit aut caprificum, nõ quercũ aliũ'ue, & olea oleam aut oleaſtrum, nõ fraxinũ fagũ'ue. Talia ſunt ea que Empedocles inter animalia numerabat, bouigenas priora uiros. Nã frutices uitigenas priori à olea is nunquam eſt auſus uel fingere, neq; alia huiuſmodi portenta de plantis, cũ tamẽ aliquanto magis liceret monſtroſos illos partus inter plantas quàm inter animalia collocare.

locare. Minus enim in plantis fines apparent. Sed ociosi hominis est huiusmodi deliramenta persequi, aut putare aliquo modo esse philosophū tam prodigiosæ scientiæ. Existimandū tamen est à deo si ex prima illa cōstitutiōe molitioneq; rerū prosatū esset bouigenū illud pecus quod priore parte seorsum hominē, posteriore seorsum bouē referret, eadē oblesione factum fuisse, quo monstra quoq; naturæ rudimētaq; cætera, aut ex seminis imbecillitate, aut ex alicuius principij dissolutione corruptioneq;, nō q̃ dimidietatis animalibus dimidiata animalia subinde coagmentata, ferruminataq; fuerint. Nam quod ille appellare solet totigenū perfectū & absolutum semen, id quod iam consistere & cōseruari potest, non fuit statim atq; initio factū, id est illico nulla alia re præcedente, sed ex semine certo atq; materia, in quauis forma pollens esset & præpotens, præterea qui finē eripiūt adimuntq; naturæ, cur ipsum naturæ uocabulū relinquunt. Nam qui natura factū iunctum'ue aliquid dicit, negat autē id gratia alicuius esse iunctū, frustra nominis naturæ mentionem habet. Sunt enim res naturæ quæcunq; ab aliquo motæ principio non in quēlibet finē ex principio quolibet, quod est fortuitarū, sed ordine quodā in finē peculiarem, ac suū proficiscuntur. Atq; in his ex certis singulisq; principijs proueniunt certi & singuli fines, atq; exitus cōstituti, qui nō raro et fortuiti, sed plurimū tales tenentur uisitanturq; quales natura præscripsit. Sunt tamen quoq; monstruosa animalia adeo ut dicat Aristoteles quòd iam apparuit serpens duo capita habens, & iam uisa est capra temporibus Aristotelis cornua in

ſuis cruribus habens, fateturq́; Ratiponenſis epiſcopus Albertus cognomento magnus libro de animalibus 18. ſe uidiſſe arietẽ quatuor magna cornua in capite geſtantem, & duo longa in cruribus ſicut cornua caprarũ, & uidit hircũ non habentem niſi pedes anteriores, & ſupra illos ambulantem, & poſteriorem partem corporis in aëre portãtem, & non per terrã trahentem. De monſtris ergo & cauſis eorum, aduertendum eſt quòd quãdo principia mouentia & motus ipſorum, qui in ſpermate ſunt ex natura ſpeciei, & ex materia indiuidui deſtruũtur per aliquam cauſam fortiter in oppoſitum agentem nõ remanebit niſi uirtus uniuerſalis generis, quæ tolli nõ poteſt materia ſaluata. Aliter enim nihil generaretur ex tali materia. Manente autẽ hac uniuerſali uirtute in materia, quæ habet æqualitatem cõplexionis erit generatio monſtruoſa, quoniã uirtus uniuerſalis generis mouet ad uitam, & cauſa ſpecialis in oppoſitum ſpeciei agens inducet aliam formam, & hoc præcipue cauſatur ex duobus, ex uirtute & ex materia concepta. Ex uirtute cœleſti quidem, quoniam (ut nonnulli ſcribũt aſtronomi) quædam loca cœli ſunt, in quibus quando cõgregantur luminaria cœli, quæ præcipue mouent ad generationem, non poteſt eſſe generatio hominis. Lego apud Eutropium libro quarto, Romæ puerum ex ancilla natum quadrupedem, quadrimanum, oculis quatuor, auribus totidem, naturam uirilem duplicẽ habentem. Cur monſtra non uiuant cauſam refert Aphrodiſeus in problematis & Auguſtinus libro 16. de ciuitate dei. Ante annos aliquot (inquit) noſtra certe memoria in oriente duplex

plex homo ortus est superioribis membris, inferioribus simplex. Nam duo (inquit) erant capita, duo pectora, quatuor manus, uenter autem unus, & pedes duo, sicut uni homini, et tandiu uixit, ut multos ad eum uidendum fama contraheret. Deinde subdit solertißime de mõstruosis animantibus. Quapropter ut istam quæstionem pedetentim cauteq; concludam, aut illa, aut alia, quæ de quibusdam gentibus mirandis scripta sunt, omnino nulla sunt, aut si sunt, homines ueri non sunt, aut ex Adam sunt si homines sunt.

## DE COLORIBVS. CAPVT XXVII.

QVIDAM DICVNT A MISTO REgeri colores, ita tamen ut à qualitatibus procedant interioribus. Scribit Arabs Aboali in secundo canonis non multa à calore, necnon ab odore percipere, exempli gratia, misto phleumatico prouenit color albus, à sicco & calido ignitus, hæc tamen perpetim uera non deprehenduntur, uidemus enim lilium albescere cum sit calidum, cuius natura à uehementia percipitur odoris. Adde quòd quandoq; solidiores sunt artus hominum alborũ quàm nigrorum, hoc propter resolutionem climatis calidioris, illud propter acritudinem frigoris corpus ipsum solidantis, stipantis, ac durantis. Themistius libr. 2. de anima facit uisile, id est rem uisam & colorem differre. Nam uisile (inquit) obnoxiũ uisui est, ad quem refertur color impromiscua & absoluta res. Item uisile uisu abiuncto nõ cõsistet nisi potẽtia. At color etiã nusq̃ cõspectus semper est color. Color porrò definitur ut

sit motus actu perspicui, quod dyaphanes uocãt. Atqui natura coloris est, utpote qui sine inuectu luminis uideri nõ poßit, ut qui semper ĩ lumine uideatur. Colligimus igitur colorẽ esse quidẽ sine lumine, sed absq; eo nõ uideri.

## DE QVADRANGVLO, tetragono ac uiro mente tetragono.

## CAPVT XXVIII.

Quadratum Tetragonon.

QVADRANGVLVM græci tetragonon appellant, alij tetragonismõ quadraturã, unde tetragonum Plato in Protagora uocat quadratum, qua uoce utitur Aristoteles ĩ moralibus, & Plato ex Simonide ita sententialiter inquit. Dicit enim Simonides ad Scopam Creontis Thessali filium, difficile uirũ uere bonũ fieri manibus pedibusq; & mente tetragonon absq; uituperatione fabricatũ, quare quadratus pro perfecto sumatur, & trãquillo, quadrata statiua pro absoluta. Causam à Themistio accipe lib. phisicorũ 3. Pythagorici nõ unũquenq; numerũ, sed parẽ tãtum dicebãt esse infinitũ, eumq; esse causa sectionis eius, quæ in partes æquales in infinitum extrahitur. Quare hunc numerũ quibus inest authorẽ esse infinitatis. Cõtra nasci finitatem ab impari ea ratione quòd adiectus atq; additus pari sectionem illã in partes æquales interimat. Sed aliud argumentum est apud illos finitatis causam in numerum imparem esse, infinitatis parem, accipiunt numeros impares, unitatem consequentes eos, tum unitatem seorsum componunt, uerbi gratia, unum, tria, quinq;, septem, nouem, unum & tria conficiunt quatuor, quatuor & quinq; constituunt

Virum bonũ difficile inueniri.

nouem

nouem, septem & nouem cõficiunt sexdecim, sexdecim & nouem quinq; & uiginti cõstituunt. ita fit ut omnes huiusmodi numeri, qui ita colliguntur quadrangulares reperiantur. ea propter geometrarum exemplo gnomonas arithmetici numeros impares uocant, quippe qui collectis numeris per ordinẽ si adijciantur semper speciem quadrati retineant, quemadmodum is qui cõstituitur ex lineis, plane gnomonas esse in geometria ignorare non oportet, alioquin & hæc ea spe conscribimus, ut non sit futurus nobis cum omnino imperitis sermo. Ita impares numeri unitatem formæ & naturæ conseruant, pares si addantur unitati nouam cõtinue speciem excitabunt, differentiæq; in infinitum abibunt. Triangularis septriangularis, decangularis, & reliquæ postremo formæ, quæ ex eiusmodi congestu, collectioneq; nasceretur. hunc in modum numerus par solus à Pythagoricis iudicatus est infinitus.

DE MAXIMO ANNO ecpyrosi & cataclysmo.

CAPVT XXIX.

PLINIVS refert Homerum conqueri pusilliora in dies fieri corpora, causamq; aßignat ecpyrosi hoc est exustioni, in quam uergit æuum. Sed ne te dubiũ reddat ecpyrosis appellatio, audi Sensorinũ libro de die natali ita loquentem, præterea annus quem Aristoteles maximum potius quàm magnum appellat, quem solis & lunæ uagarumq; quinq; stellarum orbes conficiunt, cum ad idem signum ubi quondam simul fuerunt, unà referuntur. Cuius anni hyems, summa est cataclysmos,

quam nostri diluuionem uocant, æstas autem ecpyrosis quod est mundi incendium. Nam in his alternis temporibus mundus tum exignescere, tum exaquescere uidetur. Maternus libro secundo. Tunc ergo ecpyrosim cataclysmus sequitur. Idem, c c c. mille annorũ maior apocatastasis, id est redintegratio per ecpyrosim aut per cataclysmon fieri consueuerit. Seneca libro tertio naturaliũ quæstionum. Arsura enim terrena contendit quando omnia sydera, quæ nunc diuersos agunt cursus in cancrum conuenere. Apuleius in Trimegisto cum inquit. Malignitatem omnem uel alluuione diluens, uel igne cõsumens, per ignem ecpyrosim intelligit, per alluuionem diluuium. nec reor Homerico more fabulandi illectus Iouem deposuisse è cœlo in terras funem aureum, qui cuncta genuerit, nec enim in hac re fides est habenda Homero, quamuis ille hiperbolice sentiat aureum funem significare à cœlo omnium rerum genera nexu indissolubili teneri. De hac catena sic scribit Macrobius primo in somnium Scipionis. Cum omnia continuis successionibus sequantur degenerantia per ordinem ad imum meandi inuenietur preßius intuenti à summo deo usq; ad ultimam rerum fecem una se mutuis uinculis religans, & nusquàm interrupta connexio. Et hæc est Homeri catena aurea, quam pendere de cœlo in terras deum iußisse commemorat. hæc Macrobius. hæc sunt plena fabularum. Nam in mundo mundum attingere, nefas esse censetur.

DE ANI

## DE ANIMA ET EIVS immortalitate secundum philosophos.

## CAPVT XXX.

De anima aliqvid secundum ueritatem scribere summopere ardua est materia, cum propter animam nati sumus, & propter animam simus id quod sumus, in qua perpensione an philosophi errauerint euentilabimus, an ipsa petat inferos, an æterna, an intercidat cum lapsu corporis, an palingineſiam an metempsychosin patiatur, ut Pythagoras asseruit, quos Xenocratres, Numenius, Speusippus, Thianeus, Plotinusq; secuti sunt, qui & irrationales animas ponunt immortales, quibus reluctantur Proclus porphyrius cæteriq; Platonici. Quàm ardua sit expositio de anima docuit Aristoteles. Nam cum pleraq; omnia eius scripta talia habeantur ut demirari præstantiam hominis eius facile suppetat, nulla profecto commentatio est, in qua ille perinde ingenij sui uim atq; sublimitatem ostenderit, atq; in ea quæ rationem animæ continet. Plotinus tertiæ æneadis libro de animæ dubijs admonuit nullā rem esse, de qua diligentius & diutius inuestigare tractareq; quàm de anima debeamus, cum ob alia multa, tū etiā quia ad utraq; cognoscēda cōducit, scilicet tā ad ea quorū est ipsa principiū q̄ ad illa ex quibus efficitur. Sic itaq; parabimus deo præcipienti, cognosce teipsum. præterea cū cætera oīa perscrutari inuenireq; studeamus, merito quidnā sit hic in nobis inuestigator imprimis inuestigabimus. Idem, quod scitu dignū est, autumat

corpus esse in anima, non animam in corpore, quippe cum anima nusquam facta sit, sed corpus effectum participauit eam. Ideoq; anima non est in corpore, neq; id Plato usquã dixit, sed corpus in anima est adiectũ. Animam esse immortalem contra Epicurum sentit Plato in Gorgia sic scribens. Multis enim peccatis refert tam animam ad inferos descendere extremum est omnium malorum. Putauit idem in Phedone post mortem animas eorum, qui uentri dediti per inertiam atq; lasciuiam uitam gerunt asinina corpora, similiaq́; subire. qui uero incuria tyrannides rapinas præ cæteris secuti sunt, in luporum, accipitrum, miluorum genera par est pertransire. Plato quoq; ibidem inquit esse in corpore nostro intentionem & complexionem quandam ex calido, frigido, sicco, humido, cæterisq́; talibus, horumq́; tẽperantiam consonantiamq́; animam esse resultantem, uidelicet in corpore postquam hæc ipsa bene moderateq́; inuicem temperata fuerint. Varro in libro de dijs selectis tres esse affirmat animæ gradus in omni uniuersaq́; natura, unum qui omnes partes corporis quæ uiuunt transit & non habet sensum, sed tantum ad uiuendum ualetudinem hanc uim in nostro corpore permanere dicit in oßibus, unguibus, & capillis sicut in mundo arbores, quæ sine sensu aluntur & crescunt, & modo quodam suo uiuunt. Secundum animæ gradum dicit in quo sensus est, hanc uim peruenire in oculos, aures, nares, os, tactum. Tertium gradum animæ esse summum, qui uocatur animus, in quo intelligentia præminet. Hoc præter hominem omnes carere morta-

les

les, in qua quoniam homines deo uidentur esse similes, hanc partem animæ mundi deum dicit, deum autem in nobis genium uocari apud eundem Varronem. Sentiūt tamen ortodoxi actiones animæ quæ sunt in nobis ab ipsa una procedere, nec sunt in nobis plures animæ. Colligitur quoq; quòd anima statim corpori unitur, nec oportet ponere aliquod medium quasi animam corpori uniens uel phantasmata, sicut dicit insaniētium princeps Auerrhoes, uel potentias ipsius ut alij, uel etiam spiritum corporalem sicut alij dixerunt. Ostensum est libro quarto camporum naturalium quòd anima unitur corpori ut forma eius, forma autem unitur materiæ absq; omni medio. Per se enim competit formæ quòd sit actus corporis & non per aliquid aliud, unde nec est aliquid unum faciens ex materia & forma nisi agens, quod potentiam reducit ad actum, ut probat Aristoteles in octauo Metaphysicæ. Nam materia & forma habent se ut potentia & actus. Sic autem anima est forma totius corporis, ut etiam sit forma singularum partium. Si enim esset forma totius corporis & non partium, non esset forma substantialis talis corporis: sicut forma domus, quæ est forma totius, & non singularum partium, est forma accidentalis. A quibusdam Philosophis dictum est animam esse in aliqua parte corporis, sicut ab ipso Aristotele libro de causa motus animalium dicitur esse in corde, quia aliqua potentiarum eius illi parti corporis attribuitur. Vis enim motiua de qua Aristoteles in lib. illo agebat, est principaliter (ut credit) in corde, per quod anima in totū cor-

*pus motũ,& alias huiuſmodi operationes diffundit. Ex præmiſsis autem euidenter oſtenditur non eſſe unum intellectum poſsibilem omnium hominum, qui ſunt, qui erunt,& qui fuerunt, ut princeps inſanientium Auerrhoes in tertio de anima fingit. Oſtenſum eſt autẽ quòd ſubſtantia intellectus unitur corpori humano ut forma. Impoſsibile eſt autem unam formam eſſe niſi unius materiæ: quia proprius actus in propria potentia fit. Sunt enim adinuicem proportionata, non eſt igitur intellectus unius omnium hominum ut ſomniauit Auerrhoes. Colligitur quoq; intellectum agentem non eſſe unum in omnibus, ut Alexander ſentit & Auicenna confirmat, ij non ponunt intellectum poſsibilẽ eſſe unum omnium. Cũ enim agens & recipiẽs ſint proportionata, oportet quòd unicuiq; paſsiuo reſpõdeat proprium actiuum, intellectus autem poſsibilis comparatur agenti ut proprium paſsiuum ſiue ſuſceptiuum ipſius. Habet enim ſe ad eum agens ſicut ars ad materiam ut ſcribitur in tertio de anima. Igitur intellectus poſsibilis eſt aliquid humanæ animæ multiplicatum ſecundum multitudinẽ indiuiduorum,& intellectus etiam agens erit huiuſmodi & non erit unus omnium. Nec eſt impoſsibile intellectum poſsibilem & agentem in una ſubſtantia animæ conuenire, nihil enim prohibet hoc reſpectu illius eſſe ſecundũ quòd eſt in potentia,& ſecundum aliud in actu, ſicut in rebus naturalibus uidetur. Aër enim actu humidus & potẽtia ſiccus, terra autem econuerſo, hæc autẽ operatio inuenitur inter animam intellectiuam & phantaſmata, habet enim anima intellectiua aliquid in actu ad quod*

*phantaſma*

phantasma est in potentia, & aliquid quod in phantasmatis actu inuenitur. Sed qui scopos erat noster quo iam pridem ingenium nostrum collunauit agendum euẽtilemus an mortalis uel immortalis secundum Aristotelẽ sit anima. Dubium enim est quid ipse Aristoteles circa hoc sentit. Variè enim loquitur in diuersis locis & habuit diuersa principia, ex quorum nonnullis uidetur sequi unum oppositum, ex alijs aliud. unde probabile est quòd in illa cõclusione semper fuerit dubius, & nunc magis accedere ad unam partem, nunc ad aliam iuxta quod tractabat materiã consonã uni parti magis quàm alteri. Est tamẽ alia respõsio magis ex re quòd non oĩa dicta à philosophis ab eis erãt assertiue probata per necessariã rationẽ naturalẽ, sed frequẽter non habebãt nisi quasdã probabiles persuasiones uel uulgarẽ opinionẽ præcedẽtiũ philosophorũ. unde dicit Aristote. II. de mũdo cap. III. De duabus quæstionibus difficilibus loquitur tentandũ dicere quod uidetur dignũ, reputãtes prõptitudinem magis imputari uerecũdiæ quã audaciæ, si quis propter philosophiã stare & paruã sufficiẽtiã diligit, de quibus maximas habemus dubitatiões. unde paruæ semper sufficiẽtiæ suffecerũt philosophis ubi nõ poterãt ad maiora peruenire, ne cõtradicerẽt principijs philosophiæ. & in eo. cap. de alijs astris dicũt Aegyptij & Babylonij, à quibus multas credulitates habemus de unoquoq; astrorũ, unde quãdoq; philosophi acquiescũt ꝓpter suas ꝑsuasiones ꝓbabiles, quãdoq; ꝓpter assertiões suorũ prĩcipiorũ præter rõnẽ necessariã, & illa respõsio sufficeret ad oẽs autoritates, licet essent expressæ, quòd non scopũ petũt.

Tamen

Tamen alijs modis respondet Ioannes Scotus, Ocham, quos ob epithomatis angustiam prætermisi. Ioannes Scotus libro sententiarum quarto sentit rationibus demonstratiuis nec probabilibus haberi animam esse immortalem, sed teneri per fidem autore Augustino lib. XIII. trinitatis, & per Euangelium dicente Christo. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Dicitur enim in libro de dogmatibus Ecclesiasticis. Solum hominem credimus habere animam substãtiuam, quæ exuta corpus uiuit, & sensus suos atq; ingenia uiuaciter tenet, neq; cum corpore moritur sicut Arabs asserit, neq; post modicum interuallum sicut Zenon, quia substantialiter uiuit. per hoc autem excluditur error impiorũ, ex quorum persona dicitur Sapiẽtiæ II. Ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquã nõ fuerimus. Ex quorum persona dicit Salomon Ecclesiastici. III. Vnus est interitus hominis & iumentorum & æqua utriusq; conditio. Sicut moritur homo sic & illa moriũtur. Similiter spirant omnia & nihil habet homo iumento amplius, quòd non ex persona, sed impiorum dicat, patet per hoc quod in fine libri quasi determinando subiungit. Donec reuertatur puluis in terram suam unde erat, & spiritus redeat ad eum qui dedit.

Impiorum et infidelium opinio a Solomone citata.

### DE MORTE, ET AN omnes mortem timeant.

### CAPVT XXXI.

MORS TVRBAT, angit, agitat pauore formidolosissimo mortales omnes, quòd si comperies quosdam, qui dicant se mortem non formidare, sed

mortis

mortis cruciamenta, morbos & dolores innumeros, qui mortē antecedunt, illos tanquam uanilocos ac mēdacißimos explode, aliud enim uerbis, aliud factis cōprobant, quippe uel minimo fortunæ ictu perculsi ante deos sternunt, aras erigunt, & impio sanguine statuas aspergūt. palæstra Plautina: in rudente uitem finire quidem cupit erūnosa, sed mortem trepidat. Euripides Tenuntij mortem facit apud Gorgiam platonicum ita loquens. Quis nouit utrum quidē uiuere mori sit, mori autem uiuere, & nūc forte re uera mortui sumus. Pie magis sentit Hermes trismegistus, sic apud Lucium Apuleium loquens. Mors igitur efficitur dissolutione corporis labore defeßi & muneri completi, quo corporis membra in unam machinā aduersus uitales aptantur. Deinde subiungit. Cum fuerit animæ à corpore facta discesßio, tum arbitriū examenq́; meriti eius trāsiliet in summi dei potestatem. Isq́; si eam piam iustamq́; prouiderit in sui competentibus locis manere permittet. Sin autem delictorum illi tam maculis uitijsq́; oblitā uiderit, desuper ad ima deturbans procellis turbinibusq́; aëris, igni, & aquæ sepæ discordantibus tradet, atq; inter cœlum & terram mundanis fluctibus in diuersa semper æternis pœnis agitata captabitur, ut in hoc obsit animis æternitas, quòd sit immortali sententia æterno iudicio subiugata.

## QVID CORPVS POST mortem, quid uero anima.

## CAPVT XXXII.

SOLIDVM & comprehensibile corpus est & oculis & manu. Anima uero (ut Lactàtius scribit) tenuis

tenuis & tactum uisumq; fugiens. Corpus ex terra factum atq; consolidatum est. Anima in se nihil concreti, nihil terreni põderis habet ut Plato disserebat. Nec enim tantam posset habere solertiam, tantam celeritatem nisi originem traheret è celo & à deo creata esset. Corpus igitur quoniam fictum ex ponderoso & corruptibili elemento & tangibile est & uisibile corrumpitur atq; occidit, nec uim repellere potest, quia sub aspectum & sub tactum uenit. Anima autem quia tenuitate sua omnẽ tactum fugit, nullo ictu dissolui potest. Ergo quãuis inter se coniuncta & sociata nascantur, & alterum quod est de terrena concretione formatum, quasi uasculum sit alterius, quod est à deo ultra mundano creatum, cum uis aliqua utrũq; discreuerit, quæ discretio mors uocatur, cum utrũq; in naturam suam recedit, quod ex terra fuit, id in terram resoluitur, quod ex cœlesti spiritu & à deo ex nihilo creatũ id cõstat ac uiget semper, quoniã diuinus spiritus sempiternus est. Quapropter Lucretius oblitus quid assereret, & quod dogma defenderet hos uersus posuit. Cedit idẽ retro de terra quod fuit antè in terrã, sed quod missum est ex etheris oris, id cursus cœli fulgẽtia tẽpla receptãt. qđ eius (inquit Lactãtius) nõ erat dicere, qui perire aĩas cũ corporibus disserebat, sed uictus ueritate est & imprudenti ratio uera subrepsit. Nã si terrenũ & fragile corpus post secessum animæ nõ statim diffluit, in terramq; tabescit, ex qua illi origo est, ergo anima quæ fragilis nõ est in æternũ manet, quoniã origo eius à deo est in æternũ manebit, quoniã origo eius à deo benedicto & immediate ex nihilo creata est.

## DE MENTE ET ANIMA, ET quomodo differunt, & an mortales.

## CAPVT XXXIII.

APVD Alexandrũ & Lucretiũ animã esse tẽporariã atq; mortalẽ hoc quoq; fidẽ facit quòd cũ corpore augetur ac minuitur. Nã quẽadmodũ pueritia minus est apta cõsilio quàm adolescẽtia, perinde senectus repuerascit atq; desipit anima decrescente cum in uitijs ætatis maturæ cõsilium augeatur, in quibus adultior & auctior est anima. Negabit hoc tamen pius immortalitatis assertor, quamuis enim corrumpatur corpus, anima immunis est à tabe, quod exemplũ dactylotheca demonstrat, licet enim ipsa corrũpatur, inclusæ tamen in ea gẽmæ non sentiunt ætatis. Firmianus ita diluit hãc rationem. Quoniã crescit, inquit, sensus in pueris, & in iuuenibus uiget, apparet esse mortalẽ. Primũ nõ idẽ est mens & anima. Aliud enim, infit, est quòd uiuimus, aliud quòd cogitamus. Nã dormientiũ mens nõ anima sopitur, & in furiosis mẽs extinguitur, anima manet, & ideo nõ exanimes, sed demẽtes uocãtur. Mens ergo id est intelligentia uel augetur uel minuitur pro ætate. Anima in statu suo semper est, & ex quo tẽpore spirandi accepit facultatẽ, eadem usq; ad ultimũ durat, donec emissa corporis claustro ad sedẽ suã reuolet. Deinde quod anima quãuis sit à deo inspirata, tamen quia tenebroso domicillio terrenæ carnis inclusa est, scientiam non habet quæ est diuinitatis. Audit ergo (inquit) ac discit omnia, & sapientiam discendo & audiendo capit, & senectus non minuit sapientiam sed auget. Si tamen iuuenilis ætas uirtute

decursa

decursa est, & si nimia senectus fregerit membra, nõ est animæ uiciũ si uisus euanuit, si lingua torpuit, si auditus absorduit, sed corporis. At enim memoria defecit, quid mirum si labentis domicilij ruina premitur mens, & præterita obliuiscitur, non aliter futura diuina quàm si carcerem quo cohibetur effugerit.

DE AETATIBVS & maxime pueritia.

CAPVT XXXIIII.

QVONIAM de pueritia in transcursu offertur ansa addamus id quod in symposio pro pueris Plato monet. Sunt inquit duo quæ à pueritia per omnem uitam ducere illũ debent qui sit præclare uicturus, in rebus turpibus uerecundia, honestis studiũ, hæc autẽ nobis neq; genus, neq; diuitiæ, neq; honores præstare citius ac melius q̃ amor possunt. Quid ætates septẽ planetis septẽ (ut Astronomici somniant) sint congruæ, prima lunaris, secũda Mercurialis, tertia Venerea, quarta Solaris, quinta Martia, sexta Iouia, septima Saturnia, lege quæ Proclus ut multa tradit lib. de anima & dæmone. Sors enim (ut uolunt) est ludus, iuuenũ ambitus, senũ quies. Quare Neuius senium uocat tardigemulũ, quoniã tardũ est & gemitu plenũ. Apuleius madurensis gemulũ cantũ bubonis appellat, proinde Hora. de puella loquens, infit. Cura uirenteis est animus tuæ cãpos iuuẽcæ, nunc fluuijs grauem solantis æstũ, nunc in udo ludere cum uitulis salicto prægestientis.

DE SEMINE genitali.

CAPVT XXXV.

SEMEN genitale austerũ & horridum, quod græce sperma dicitur, de quo hæc Albertus cognomento

magnus

magnus lib. de animalibus tertio. Sperma est superfluum quod separatur à quarta digestione quãdo iam celebrata in uenis tertia digestione humor distillare incipit à uenis in mẽbra, & tamẽ est coagulatus & aßimilatus & unitus mẽbro particulari. Et paulo post inquit: Hippocrates autẽ Cous sperma omne dixit à capite descẽdere per duas uenas, quas spermaticas uocauit, & sunt post aures cõtinuatæ cũ uasculo memoriæ, quã nucã uocãt, in superiori parte cõiũctiõis capitis & colli, & deinde per ueniũt ad renes, & ideo delectatio coitus sentitur in renibus, & deinde perueniunt ad mẽtulæ canalẽ, & huius signũ esse dixit quòd quibusdã uulneribus in bello usq; ad absciβionẽ harũ uenarũ accidit sterilitas & amplius nõ spermatizauerũt. Galenus autẽ dixit se nescire utrũ hoc sit uerũ qđ dixit Hippocrates. sed qđ ꝓbabilius de hac sentẽtia dicit põt esse ꝙ sperma, quod est superfluũ quartæ digestionis, exũdat ab oĩbus mẽbris & maxime à capite, & fortè etiã in capite accipit decoctionẽ & fermentationẽ ad hoc ꝙ cõpleatur citius, eo quòd in capite sunt uires animæ nobiliores, ꝑ spõgiosam qualitatẽ autẽ mẽbrorũ similiũ descẽdit & attrahitur à testiculis sicut à cucurbita uentosa attrahitur sanguis, & in testiculo albatur, & accipit digestionẽ eam uirtute formãdi quæ est à corde, & tũc cõpletũ est ad generationẽ. Addit idẽ Albertus libro quinto. Sperma cõueniẽs & bonũ esse in tertij septenarij complemẽto: tũc enim ut frequẽtius stat longitudinis diameter, & corpus incipit spiβari secũdũ diametros latitudinis, & ꝓfunditatis, & ideo tunc sperma spiβius & glandulosius efficitur, & suus calor efficitur

citur calidor superflua in ipsa exiccata humiditate propter qd' cōueniētius est ad generādū. Paulopost ait idē: homo masculus circa xxx. annos habet semen perfecte maturū. Idē libro decimosexto inquit. Est enim sperma substantia aquea butyrosa pinguis cōueniens in multis cum substātia olei, & est in ipso subtile, terreū sicut in pinguibus, uincens tamē in eis quæ talia sunt est spiritua le humidū aëreū. lego apud Auerrhoem primo naturaliū quòd in spermate, apud generationē hominis nō cessant partes spermatis corrūpi, & partes hoīs fieri donec forma hoīs fuerit cōpleta, & hoc est uerum si forma recipit partitionē. Sin autē nō illud necessario accidit in accidentibus proprijs formæ generatæ. Iohānē Chrysostomū audi in Mattheū ita loquētem. Alij nāq; sunt fontes spermatis hominū, ac aliūde certe prorūpunt. Quidam à cerebro, quidā à lumbis illū inquietißimū asilum proficisci cōtēdūt. Ego uero nō aliunde dixerim quàm à lasciuia mentis & cogitationis delectu. quippe modestia mētis facit ut naturales motus nullū afferāt detrimētū.

## BRVTORVM ANIMAE AN MORTALES.
## CAPVT XXXVI.

DISSENTANEVM maxime est coalescere & cōiūgi naturā caducā cū immortali, cū his duobus nihil sit magis dispar: præterea esset ridiculū putare cū coeūt animātia aīam esse præsto, quæ ilico post stata seminis tēpora trāsmigret in corpus, siue de hominibus, siue de feris agatur. Cæterū pia religio in hoc à Lucretio nō discrepat asserens corpori ferarum animas fundi mortales. Soli uerò homini immortales ad nutum dei insinuari

ſinuari nõ per traducem & uim ſementinam, ſed de foris accidere hoc eſt cœlitus, nec abſonũ eſt hoc à deo curari tanquàm in rerũ natura pulcherrimum munus. Halluci nari Pythagoricæ ſectæ dogmatiſtas quis nõ uidet, qui brutorũ perpetuas tradiderũt aĩas? Nulla enim opera-tio ſenſitiuæ partis eſſe ſine corpore poteſt. In aĩabus autem brutorũ nõ eſt inuenire aliquã operationẽ ſupe-riorẽ operatiõibus ſenſitiuæ partis, nõ enim intelligũt, neq; ratiocinantur, quod ex hoc apparet quia oĩa aĩalia eiuſdẽ ſpeciei ſimiliter operãtur quaſi à natura motæ & nõ ex parte operationis. Oĩs enim hirundo ſimiliter fa-cit nidũ, & oĩs arenea ſimiliter telã, nulla eſt igitur ope ratio animæ brutorũ, quæ poſsit eſſe ſine corpore, cum igitur omnis ſubſtãtia aliquam operationẽ habeat, non poterit anima bruti abſq; corpore eſſe, ergo pereũte cor pore perit. Item omnis forma ſeparata à materia eſt in-tellecta in actu, ſic enim intellectus agẽs facit ſpecies in-telligibiles actu inquantũ abſtrahit eas, ſed ſi anima bru ti manet corrupto corpore, erit forma ſeparata à mate-ria, ergo erit forma intellecta in actu, ſed ſi anima bru ti manet corrupto corpore, erit forma ſeparata à mate-ria, ergo erit forma intellecta in actu: ſed in ſeparatis à materia, idem eſt intelligens & intellectum, ut uoluit Ariſtoteles de anima tertio, ergo anima bruti ſi poſt cor pus manet, erit intellectualis, quod eſt impoſsibile. huic aſtipulatur Ariſtoteles libro de anima ſecundo, qui ait quòd intellectiua pars animæ ſeparatur ab alijs ſicut incorruptibile à corruptibili. Ex his opinio aliquorum Platonicorum, qui poſuerunt etiam brutorum animas

Plato tranſitũ animarũ nega uit quãuis ali-quibus uidea-tur cõtrariũ, & Plato deri-det Palyngene-ſiam.

esse immortales. Et sententia Pythagoræ uana uidetur, qui censet etiã feris de foris animã accedere & humanã in belluas transferri, iuxta illud Ouidianũ. Spiritus eq; feris humana in corpora transit.

MVLIERVM SECRETA.

CAPVT XXXVII.

IVRISPERITI meminerũt aliquãdo inhabiles & nimis compressas nasci feminas, quarũ claustra mari tus perfringere nõ potest, repertus est tamen aliquãdo iuuenculus opidoquàm neruosus qui huiusmodi obices impetuose reserauit, & quod dici solet, nodum eugianum, quem soluere nõ poterat, abrupit. scribit Albertus libro primo de animalibus matricem in multis esse similem uirgæ uirili. Pythagoras matricem credidit animal esse per se distinctũ. De uulua impedita ita quòd uir mulieri commisceri non posit lege in decretalibus de frigidis & maleficiatis & impotentia coëundi. Similiter illa quæ uiro, cui nupserat inquit, adeo arcta est, ut nũquam ab eo ualeat deflorari, & quæ sequuntur, qui tali impedimẽto præditam acceperit uxorem potest nouis se miscere connubijs. Succinit Celsus libro septimo medicinæ feminarũ naturalia nõnunquàm inter se glutinatis oris cõcubitum nõ admittunt, idq; interdum euenit protinus in utero matris, interdum exulceratione in his partibus facta, & per malã curationẽ his oris senescendo iunctis. Ad generationem hæc necessaria sunt, ut femina menses sentiat, & hominis semen nõ minus cõcretum sit aut liquidũ, quæ pabula genitalia uocat, hoc est apta generationi. Oportet, inquit Albertus cognomento magnus, quòd

ſperma generationi accõmodatum ſit glandulosum, & grãdinoſum, quia tunc in ſpißitudine eius põt contineri fortis & multus ſpiritus cum uirtute formãte perfectum & uigoroſum partum, qui ſpiritus cũ uirtute ſua neq; eſt in ſubtili ſpermate, & ſi eſſet euaporaret, quale ſemẽ non eſt niſi in corpore uiri. Obiter qui ſint qui multum ſpermatizãt nõ iniucundũ erit aut inutile recenſere, hi ſunt nõ multum carnoſi uel pingues: quoniã illis trãſit ſperma in nutrimẽtum corporis, qui etiã in colore ſunt albi, quoniã ꝑpter humiditatem habentem materiã ſpermatis, licet uirtutem ſperma facientem & impellentem habeant paucã, & ideo etiã nõ eſt improbabile quòd nigri nõ multum carnoſi neq; multum macri multũ habent ſperma. Similiter autem mulieres albæ pallẽtes aliquãtulum magis trahunt & ſuggunt uuluis ſuis ſperma quàm aliæ, ita quòd quaſi exſuggunt & exſiccant & debilitãt uiros, & huiuſmodi cauſa eſt quidẽ, aptitudo imprægnationis taliũ: quoniã albedo ſignificat mollicieni in eis, pallor autem deſtitutionem à ſanguine menſtruo ſuperfluo, & tunc matrix emũdata trahit ſperma ex uiri genitali ſicut cucurbita. De numeroſitate partus & fecunditate fetuum lege theologiã noſtrã trimegiſticam & ibi mirãda reperies. in hominibus rarißime euadunt gemelli, qui ſunt diuerſi ſexus, aliquotiens tamen ſupueniũt & aliquãdo uidimus, ꝑpter quod ex uno cõcubitu plures cõcipi poſſunt. hæc ex magno Alberto libro de animalibus XXII. redditur. Omne genus ãialiũ terminũ habet ſuæ quãtitatis inter minimũ & maximũ: quã nõ pertrãſit, quos terminos nunquàm præterit na-

tura nisi fiat ex errore, ex quo monstra fiunt. Sicut ergo terminũ seruare naturæ cõuenit hominis, ita cõuenit naturæ omniũ animaliũ, materia enim ex qua creatur animal nõ est indeterminatæ quãtitatis, habet etiã terminũ & finẽ notum in natura. Oĩa igitur aĩalia multos filios simul concipientia plus spermatizant mares & feminæ quàm sufficiat ad creãdũ partũ quoq; unũ, et ideo ex illa multa superfluitate ab ipsa uirtute formatiua diuiditur materia generationis ad multorũ filiorũ generationem. Est enim ista uirtus animæ habens potestatem in diuidendo sperma, & proportionãdo tam cõuenienti multitudini membrorum quàm etiã ei quod cõuenit multitudini cõceptuũ secundũ quãtitatem determinatã. Notari dignum est, quòd si coitus paululum uires excesserit, subito exhauriet spiritus, stomachũ enim labefactat, atq; præcordia, cerebrũq; debilitat. Quo malo nihil ingenio aduersius esse potest. Et fidelibus innuptis & extra matrimonij leges nõ licet huiusmodi perpetrare, nos autem, quibus propositũ est nunquàm à catholica puritate discedere, coitum extra matrimonij leges floccipendimus, eligẽtes nos magis semper ægrotare quàm cum saluatoris cõtumelia saluos esse. Quapropter dicebat Apostolus ad Corinthios scribẽs qui nõ se cõtinet nubat, & ad Timotheum uolo autem iuniores nubere & filios procreare.

## DE SATIETATE ET CRAPVLA.

## CAPVT XXXVIII.

ANTIQVI moriebantur penuria rerum, fame tabescebãt hoĩes illi rudes cũ nõ supeteret uirtus parãdi ꝓuidẽtia. nunc uerò nimia copia & sacietate,

quæ

quæ plures necauit quàm pestis, fames, gladius, laqueus, authore Galeno. scribit peripateticorũ princeps Aristoteles in quæstiõibus encyclicis sic. Est enim crapula feruor quidã & desinens inflammatio, quæ plus conflictat quàm temulentia, quòd mentem illa quatit & alienat, ut etiã qui febre uigente ludunt potius quàm dolent, ijdem ubi perducti malo fuere, atq; ad se rediere, indolere occipiunt. hoc enim idem in crapula quoq; & in temulentia solitum est, illi rudes antiqui homũtiones per imprudentiã rerum, credentes comesse alimentum uorabant uenenum. Nunc hi nõ uenenum edunt sed immiscent poculis illorũ, quos uolunt expungere. Mortẽ machinãtur tales ministro ueneno maiori solertia præditi q̃ illi q sibi ĩmergebãt uenenũ per ĩprudẽtiã, qd' isti cautius sed crudelius & circũspiciẽtius poculis aliorũ immiscẽt & infundũt.

## DE MATRIMONIO ET EIVS ORIGINE.

## CAPVT XXXIX.

ORIGO matrimonij & amoris ut illa rudi ætate esse potuit describitur à Platone ĩ symposio. inquit enim Iouem hominem annexum homini diuisisse ab inuicem: postquàm uerò natura hominũ ita diuisa fuit, cum quisq; dimidium sui agnitum cuperet inter se concurrebant. Circumactisq; brachijs se inuicem cõplectebantur conflari in unum affectantes, unde fame & torpore deficiebant eo quòd nunquàm seiungebantur: & cùm dimidium unũ moriebatur, restabatq; alterũ, quod superarat rursus aliud asciscebat, similiterq; congrediebãtur, siue solius cuiusdã totius feminæ dimidiũ esset,

quam feminam nunc uocamus: seu uiri, atq; ita genus hominum deperiebat. quocirca miseratus Iuppiter remediũ aliud excogitauit: permutauit genitalia, & quae prius retrò erant ad anteriores partes transtulit. Antea siquidem cum ad nates haec haberent, non inuicem sed in terram spargentes semina cicadarum instar concipiebant atq; generabant. Cum uero ad anteriora transposuisset per haec generationem inuicem fecit expleri: per masculum quidem in femina, hac de causa ut si amplexu amoueretur, & ad res gerendas conuersi uictum curarẽt, utiq; ex illo tẽpore (ut Plato somniauit) mutuus hominibus innatus est amor. Idem libro secundo de rep. monet ultra censum filios non generandos, ut caueamus & paupertatem & bellum, quod si obseruaretur minus scortorum esset aut furum. sed quoniam uideo taxari Platonem quòd matrimoniũ nullum uoluit, quod senserit explicare connititur. Ait enim libro quinto de rep. Quando igitur mulieres & uiri aetatem generationi aptam egreßi fuerint licere uiris dicemus cuicunq; uoluerint praeterquàm filiae atq; matri & filiarum natis, matribus ue, maioribus commisceri, licere & mulieribus cuilibet copulari praeterquàm filio, atq; patri, & superioribus & inferioribus earundẽ. Cũ uero haec omnia mãdauerimus interdicemus partũ talem si contigerit in lucem produci. Si quod autem coëgerit ita ponere praecipiemus quasi eius nulla nutritio sit. Patres uero & matres & caeteri cognati quos memorabas quomodo inuicẽ discernentur, nullo modo, sed omnes quicunq; nascentur decimo mense uel septimo ex ea die qua quis liberis operam dedit

dedit masculi ab hoc filij fœminæ filiæ nominabũtur. Nati autem eũ patrem uocabunt, natorum similiter filios ille esse dicet. Isti autem superiores auos & auias nominabunt. nedũ homo cœlestis naturæ particeps, sed aspis teterrima serpẽs authore Solino non nisi cũ cõpare suo & cõiuge uiuere potest, propter quod & mortuo compare moritur relicta aspis, & ideo occisorẽ cõparis fortißimæ seqtur. Aristoteles in œconomicis natos senectutis pastores appellat quasi optimos ac reuerentes patris matrisq; custodes ac totius domus seruatores. Et subdit: hoc enim solo hominũ cõditio mortalis succeßionẽ sempiternã cõsequitur, omniaq; parentũ uota huc tendunt. Quãobrem qui ista negligit, & deos ipsos uidetur negligere. In eiusdem libri calce hæc uerba reperies. Voluptas maxima à filijs in senectute feliciter educari. Priscianus à iusto, utili, poßibili, decenti, probat uxorem ducendã, inquiens iustum est ducere uxorem, & quod à parẽtibus accepimus reddere uitæ, ab utili sic. Multa enim ex nuptijs accidũt solatia, à poßibili, à similibus poßumus quòd non decet more ferarũ uiuere. Firmicus, Astronomicus lib. 1. mathéseos docens uitã, quam uiuere debet Astrologus, inquit. Sit tibi uxor, sit domus, sit honestorũ amicorum copia. Non omittamus quæ libro de anima secundo Themistius inquit. Nihil enim natura æquè insitum habetur quàm aliud quale ipsum est parere, ut animans animãtẽ, frutex fruticẽ procreet, properando peremit, pereundo diuinæ nature particeps fiat, cuius desiderio tenentur omnia quantum cuiq; est satis, eiusq; gratia, quæ natura sunt agũt, quicquid agunt ita uolente & postulãte natura. Cõ

iugium nō esse sine dote, occultas nuptias prohibitas, cur fœminæ uelentur, quod quarto digito hoc est minimo proximo annulus inseritur, qualis uxor esse debeat. unde nuptiæ dicātur lege in decretis canonicis. Augustinus libro decimoquinto de ciuitate dei copulationē maris & fœminæ seminariū ciuitatis appellat. scribit Eusebius lib. quinto de præparatione euangelica quòd cum à Socrate quidam quæreret duceret'ne uxorem, utrum facies, inquit, pœnitebit. Plutharchus, sanxit ut sponsa cum uiro clauderetur, unaq; cotoneo malo pro bellarijs uescerentur, ut ter in mense omnino congrederetur uir cum uxore. Nam si minus liberi nascerētur fore putabat ut huiusmodi honor ac benignitas uiri aduersus pudicam mulierem per multas frequenter collectas indignationes tolleret, nec sineret penitus odio abalienari animos. Ex cæteris autem matrimonij dotes sustulit, tres tamen uestes & quædā parui empta uasa, aliud præterea nihil nuptā secum importare iubens. uoluit autem uiri uxorisq; consortium non precio ac mercede, sed liberorum charitate, gratia, beneuolentiaq; coniungi. Cohibere me non ualeo quin diui Hieronymi de multinubis duobus uerba scitu dignißima ponā. inquit ille ad Gerontiā de monogamia, uidi duo inter se paria uilißimorum è plebe hominum comparata, unum qui uiginti sepelisset uxores, alteram quæ uigesimumsecundum habuisset maritum, & extremo sibi, ut ipsi putabant, matrimonio copulatos summa omnium expectatione uirorum pariter ac fœminarum post tantas rudes quis quē prius sepulturæ efferret. uicit maritus, & totius urbis populo confluente coronatus, &

palmam

palmam tenens, adorāsq; per singulos sibi acclamantes, uxoris multinubæ feretrū præcedebat. Homerus authore Platone scribit Oceanū deorum originem instituisse, & Thetiden genitricem. idem uoluit Hesiodus, aut præterea Orpheus, oceanum primum pulchri fluuium cōiugium inchoasse, qui cum Thetide germana se sua cōmiscuit. Phocylides Græcorum sapientißimus habitus inter cætera documenta quibus humanā uitā instruxit hoc protulit, ne maneas celebs ne sine memoria pereas. Da aliquid naturæ, & ipse gigne iterum sicut genitus es. hoc idem Pythagoras, hoc circumspectißimi quiq; circūspexerunt. Gignere liberos Plautus latinæ deliciæ parens lepidum somnum iudicauit. Quare Metrodorus ait uxorem habes, dulcius tibi continget habitare. Metellus ille Pontifex maximus in oratione de ducendis uxoribus necessariam esse retur successionem istam fœdere connubij succidaneam, molestiam uxorium uinculum dictitans, nec ut imperiti intelligunt connubium sacrosanctū premens, sed potius nosipsos qui morositate nostra id molestiam facimus, qui si uxorem sinistram pasciscimur, cōtinentes euadimus, quæ ad externa ferenda iurgia domestico nos monuit umbone: si optimam, geminatis uirtutibus insignimur. Augustus Cæsar cuius secula dicta sunt aurea in celibes insurgit Iulia lege apud Romanos sanctißima, is quæ hominibus præmia matrimonium afferret oculato monstraturus inditio nepotulos suos educens sublime populum hortabatur ad huiusmodi pignora dulcißima tollenda. Nullibi gentium legi punienti non subiacet celibatus. Nullibi gentium non

lauda

laudatur ipsum coniugium quod turtur insito cœlitus instinctu religiosè seruat: compare sui defuncto nec fontes illimes bibit, nec frondentibus ramis hospitatur, nec suorum lætanti gregi se credit: sed aërea residens in ulmo eiulat & obmurmurat. leones, elephantes, immanes uiperas, uim quandam matrimonij sentire perhibēt. Natura igitur latenter aurigante in connubium ferimur, quando huc feruntur bruta quæ duntaxat naturæ remigio feruntur. Nec mirū si Virgiliana Dido Aeneæ condonare parata est omnia, si modo paruulus aula luderet Aeneas, qui se tantum ore referret. Paulus Apostolus paracleti uas spiritus, tuba cœli, athleta fidei, nonne claßicum sic incinuit. Melius est nubere quàm uri. Nec immerito multi Hieronymum limo aspexerunt de coniugatis parum honorifice sentientem. Nec desunt (quod tamen non credimus) qui fecunditati connubiali uirginitatem postponant, hac utentes illatione. Esse satius est esse quàm non, matrimonio sumus, uirginitate nō sumus: uirginitate igitur matrimonium potius. priuatio ex uirginitate oritur, ex matrimonio sufficimur. Amplius, non æquè bene sine uxore uiuitur, quòd authore Accio Plauto nemo solus sapit. uxori domestica, forensia marito conueniunt. hoc erat quod conditores urbium significare uolentes sulco urbem signabant, qui uacca interna, boue exterius posito liberatur. addamus & hoc à Demosthene mutuatum. Lex est dei mens, cui auscultare deceat, illa connubiū iubet. Connubium ergo non subterfugiatur.

## QVALIS MARITVS ESSE debet qualis'ue uxor, ac de dilectione parentum in filios.

## CAPVT XL.

THEOPHRASTVS diuinæ uir eloquẽtiæ in libello, cui titulus est aureolus, censet nec imprudenter aut temerè quẽquam in maritorum numerum ascribi decere, immo huc multa cõpetere, in uiro summa modestia, prudentia, bona corporis constitutio, res familiaris & bona fortunæ educandis pignoribus idonea requiruntur, in muliere summa castitas, ingenium patiẽdi & abstinendi uirtute roboratum, quod cum acciderit dubio procul laudabile id, faustum felixq; futurum est genialis thori fœdus, uirtuteq; duce, comite fortuna, nuptias istas laude omni ferruminatas haberi, atq; sublato pollice excipiendas. Profecto parentum filij sunt anima. Euripide autore, illa imago inquam illa oculos nostros eo radio diuerberat, quẽ nec faces ueneris mellitißimæ, nec amoris nectareæ superant uredines, quæ & prudentißimos uiros aliquando desipere coëgerunt. siquidem Themistocles lux Athenarum inuentus est harundine cum filiolis suis equitare, amicum id arguentem obsecrauit nemini hoc palam faceret donec & ipse liberos suscepisset. idẽ dicere solebat filiũ suum imperare matri, matrẽ sibi, se uerò populo. Sed ut tandem colligam mirari non desino esse qui hanc humanam animi corporisq; copulam auersentur, cum non ignorent qui consummati sunt habiti uxorẽ duxisse: & in maritorum ordinem censeri uoluisse, ab hoc recedere ius humanũ diuinumq; est rescindere.

dere. Si sanctionum priscarum de nubẽdis ordinibus instituta, honores maritorum, præmia coniugatorũ recensere libeat, esset perinde frõdes ac si quis ab Ida, Et summam Lybico de mare carpat aquam. prudens sciensq́; pertranseo ex consulibus illi fasces indulgeri qui auctior natorum numero corruscaret.

VENVS DIMINVIT VIRES, ET MARES *multum coëuntes citius senescunt.*

## CAPVT XLI.

ASSIDVVS usus ueneris uires detrahit, quibus detractis homo fit alsiosus. Obiter scito mares multũ coëuntes citius senescere: eo quòd subtile & calidũ per coitum exit ab eis humidum, & remanet uiscosum frigidum humectans, & non augens, & illud est causa caniciei & senectutis. Sũt in coitu tria necessaria, appetitus uidelicet imaginatiuus, spiritus, & humor: addit Auicenna uentositatem, quorum appetitus authore Constantino monacho est ab epate, spiritus à corde, & humor à cerebro præcipuè, sed communiter à toto corpore, uentositas est à calore humidum in uentositatẽ dissoluente & ad membra genitalia dirigente.

AMICITIARVM EXEMPLA.

## CAPVT XLII.

QVATVOR amicitiarum exempla fuisse certißimum est, Thesei & Pirithoi, Achillis & Patrocli, Tydei & Polynucis. obiter dulcißima symmachi in epistolis uerba sed acriter audi. Mollis est animus diligentis & ad omnẽ sensum doloris argutus. Si tractes negligentius, ocio marcescit ut rosa. Si durius teneas liquet


ut li

ut lilium. Audi Manlium libro ſecundo phebeis modulis in amicitiæ laudes aſſurgentem. Nihil ex ſemet natura creauit pectore amicitiæ maius nec rarius unquam, unus erit pylades, unus qui mallet Horeſtes ipſe mori, dixit amicities.

## AVTHORIS PROTESTATIO ATQVE CONCLVSIO.

ILLVD in calce operis addimus Symphorianũ Campegium in his commentarijs ac in hoc Periarcho nihil omnino approbare niſi quod à Romana tantum eccleſia ac catholica decretum atq; aſſertum fuerit, ne quis maiore audacia, quàm iudicio ad maledicendum atque obtrectandum rapiatur. Quapropter omnia dicta mea ortodoxæ fidei ſubijcio.

FINIS.




EXCVDEBANT LVGDV
NI MELCHIOR ET
GASPAR TRECHSEL
FRATRES. 1533